Comentu fr Thome sup phisicor

A

H

[illegible] ... eum invitum ... in libro [illegible] servat id q[uod] [illegible]
[illegible] ... nolente ... si ... [illegible] ... occidenti subaudi nolente servari. [illegible]
... volente servari. id facit id simile facit occidenti ... nolente vivere ... occidens nolente vivere
[illegible] peccatum ... [illegible] ... nolente ... ne ... retr[?] erit ... non fiet homo id
... non debes eum servare ... sepe se ... [illegible] ... non fiet ho[mo] id homo ... hoc[?] ...
... id non [illegible] ... non fiet homo id ... [illegible] ... non facit ... famose id glo-
... fiat ... illic ... non fec[it] id non ... non facit ... famose id glo[ri]...
... memorande mortis ... dixi non debes eum retinere ... de ista ...
... precedentia ei peccatum aliquod tale faciendo ... sede ... [illegible]
... [illegible] ... illi ... apparet ... factum ... illi ... [illegible] ... sedendi in
... divina ... sequitur ... apparet ... fecit ... ista ... designare
... ista peccata ... hic ponit non id ponit in ea forsitan ... fecisset ... ista vult designare
... forsitan ... similia ... hac de causa ... minxerit in patrios
cineres ... violarit ... sepulchrum ... apud omnes gentes nefas est ... vetari mo-
... bidental. bidental vocatur locus ille in res fulminatas conponebant ... tale
... bidentes id oves ... binos id duos dentes eminentiores ceteris ibi ... sive animalia
... sacrificabant ... fulmine percussum fuerat sive homines sive animalia
... arbores ... quicquid fuerat diligentissime colligebant ... in loco secretissimo conponebant
... quicquid fulmine tactum fuerat colligebat
... nulli unquam nisi soli sacerdoti fas fuit accedere ... nefandum videbatur ... ne aliquis macularet ... tactum ...

[illegible]

In nomine domini amen

Dat pro aggregatione Stanislaui de Sobnyow

Comentum Thome super physicorum

1

exposicio fratris thome super librum phisicorum l. i.

Quia liber physicorum cuius exposicioni intendimus est primus liber scientie naturalis in eius principio oportet assignare quid sit materia et subiectum scientie naturalis. Sciendum est igitur quod cum omnis scientia sit in intellectu, per hoc autem aliquid fit intelligibile actu quod aliqualiter abstrahitur a materia, secundum quod aliqua diversimode se habent ad materiam ad diversas scientias pertinent. Rursus cum omnis scientia per demonstrationem habeatur, demonstrationis autem medium sit diffinitio, necesse est secundum diversum diffinitionis modum scientias diversificari. Sciendum est igitur quod quedam sunt quorum esse dependet a materia nec sine materia diffiniri possunt. Quedam vero sunt que licet esse non possint nisi in materia sensibili, in eorum tamen diffinitione materia sensibilis non cadit, et hec differunt ad invicem sicut curvum et simum. Simum enim est in materia sensibili et necesse est quod materia sensibilis in eius diffinitione cadat. Est enim simum nasus curvus, et talia sunt omnia naturalia ut homo, lapis. Curvum vero licet esse non possit nisi in materia sensibili, tamen in eius diffinitione materia sensibilis non ponitur, et talia sunt omnia mathematica ut numeri, magnitudines et figure. Quedam vero sunt que non dependent a materia nec secundum esse nec secundum rationem, vel quia numquam sunt in materia [margin: ut deus et alie substantie separate, vel quia non universaliter sunt in materia] ut substantia, potentia et actus et ipsum ens. De his igitur est metaphysica. De his vero que dependent a materia non solum secundum esse sed etiam secundum rationem est naturalis que physica dicitur. [margin: De his que dependent a materia secundum esse sed non secundum rationem est mathematica.] Et quia omne quod habet materiam mobile est, consequens est quod ens mobile sit subiectum naturalis philosophie. Naturalis enim philosophia de naturalibus est, naturalia autem sunt quorum principium est natura, natura autem est principium motus et quietis in eo in quo est. De his igitur que habent in se principium motus est scientia naturalis.

Sed quia ea que consequuntur aliquod commune prius et seorsum determinanda sunt, ne oporteat ea multotiens pertractando omnes partes illius communis repetere, necesse fuit quod premitteretur in scientia naturali unus liber in quo tractaretur de his que consequuntur ens mobile in communi, sicut omnibus scientiis premittitur philosophia prima in qua determinatur de his que sunt communia enti inquantum est ens. Hic autem est liber physicorum [margin: m̄ ū] qui etiam dicitur de physico sive de naturali auditu, quia per modum doctrine ad audientes traditus fuit. Cuius subiectum est ens mobile simpliciter. Non dico autem corpus mobile, quia omne mobile esse corpus probatur in isto libro. Nulla autem scientia probat suum subiectum, et ideo statim in principio libri de celo qui sequitur ad istum incipitur a notificatione corporis. Sequuntur autem ad hunc librum alii libri scientie naturalis in quibus tractatur de speciebus mobilium, puta in libro de celo de mobili secundum motum localem qui est prima species motus, in libro autem de generatione de motu ad formam et primis mobilibus scilicet elementis quantum ad transmutationes eorum in communi, quantum vero ad speciales eorum transmutationes in libro metheororum, de mobilibus vero mixtis et inanimatis in libro de mineris, de animatis vero in libro de anima et consequentibus ad ipsum. Huic autem libro premittit philosophus prohemium in quo ostendit ordinem procedendi in scientia naturali. Unde duo facit: primo ostendit quod oportet incipere a consideratione principiorum, secundo quod inter principia oportet incipere a principiis universalioribus, ibi: Innata autem est nobis. Primo igitur ponit talem rationem. In omnibus scientiis quarum sunt principia aut cause aut elementa intelligere et scire procedit ex cognitione principiorum et causarum et elementorum. Sed scientia que est de natura habet principia aut elementa aut causas. [margin: hoc] Ergo in ea oportet incipere a determinatione principiorum. Quod autem dicit intelligere refertur ad diffinitiones, quod vero dicit scire ad demonstrationes. Nam sicut demonstrationes sunt ex causis, ita et diffinitiones, cum completa diffinitio sit demonstratio sola positione differens, ut dicitur in primo posteriorum. Per hoc autem quod dicit principia aut causas aut elementa non intendit idem significare. Causa enim est in plus quam elementum. Elementum enim est ex quo componitur res primo et est in eo, ut dicitur in quinto metaphysice, sicut littere sunt elementa locutionis, non autem sillabe. Cause autem dicuntur ex quibus aliqua dependent secundum suum esse vel fieri, unde et que sunt extra rem vel que sunt in re ex quibus tamen non componitur res primo possunt dici cause, non tamen elementa. Principium vero importat quendam ordinem processus, unde aliquid potest esse principium quod non est causa, sicut id unde incipit motus est principium motus non tamen causa, et punctum est principium linee non tamen causa. Sic igitur per principia videtur intelligere causas moventes et agentes, in quibus maxime attenditur ordo processus cuiusdam. Per causas autem videtur intelligere causas finales et formales, a quibus maxime dependent res secundum suum esse et fieri. Per elementa vero proprie primas causas [margin: cās] materiales. Utitur autem illis nominibus disiunctive et non copulative ad significandum quod non omnis scientia per omnes causas demonstrat. Nam scientia mathematica non demonstrat nisi per causas formales, metaphysica vero per causas formales et finales precipue et etiam agentes, naturalis autem per omnes causas. Primam autem propositionem inducte rationis probat ex communi opinione sicut et in primo posteriorum, quia tunc quilibet opinatur se cognoscere aliquid cum scit omnes causas eius a primis usque ad ultimas. Non oportet ut aliter accipiamus hic causas primas et elementa que supponit ut commentator vult [illegible]. Dicit autem usque ad elementa quia quod ultimum est in cognitione est materia. Materia enim est propter formam, forma autem est ex agente propter finem, nisi ipsa sit finis finis, ut si dicimus quod propter secare serra habet dentes, qui ut sint apti ad secandum oportet quod sint ferrei. Deinde cum dicit: Innata autem est nobis, ostendit quod inter principia oportet primo determinare de universalibus, et primo ostendit hoc per rationem, secundo per quedam signa, ibi: Patiuntur autem idem. Dicit ergo primo talem rationem. Innata est nobis via ut procedamus cognoscendo ab his que sunt magis nota nobis in ea que sunt magis nota nature. Sed ea que sunt magis nota nobis sunt confusa qualia sunt universalia. Ergo oportet ex universalibus ad singularia procedere. Ad manifestationem autem prime propositionis inducit quod non sunt eadem magis nota nobis et secundum naturam, sed illa que sunt magis nota secundum naturam sunt minus nota quoad nos. Est autem iste naturalis ordo addiscendi ut veniamus a notis nobis ad ignota nobis, inde est quod oportet nos devenire ex notioribus nobis ad notiora nature. Considerandum est autem quod idem dicitur notum nature et notum simpliciter. Simpliciter autem notiora sunt que secundum se sunt notiora. Sunt autem secundum se notiora que plus habent de entitate, quia unumquodque cognoscibile est inquantum est ens. Magis autem entia sunt que sunt magis in actu, unde illa maxime sunt cognoscibilia nature. Nobis autem econtrario accidit, eo quod nos procedimus intelligendo de potentia in actum, et principium cognitionis nostre est a sensibilibus que sunt materialia et intelligibilia in potentia, unde illa sunt prius nota nobis quam substantie separate que sunt magis note secundum naturam, ut patet in secundo metaphysice. Non ergo dicit notiora nature quasi natura cognoscat ea, sed quia

Comment D Thome super 8 Physicorum

sunt notiora secundum se et secundum naturam. Dicit autem notiora et certiora quia in sensibus non quiritur aliquid cognitum sed cognitus sensu tantum, et hoc est textus ex incertioribus. Quod intellectum nostrum primo sunt confusa sed dicit quod continent in se aliqua in potentia et indistincte, et quod cognoscere aliquid indistincte medium est inter puram potentiam et actum perfectum. Secundum dicit intellectus noster procedit de potentia in actum, primo occurrunt sibi confusa quam distincta, sed tamen scientia completa est in actu quando pervenitur per resolutionem ad distincta cognitione principiorum et elementorum. Et hoc est textus quae confusa sunt prius nobis nota quam distincta. Quod autem universalia sint confusa manifestum est quia universalia continent in se sua inferiora in potentia, et qui scit aliquid in universali scit illud indifferenter et indistincte. Sed tunc distinguitur eius cognitio quando unumquodque eorum quae continentur potentia in universali actu cognoscitur. Manifestum enim est quod scire animal non est scire rationale nisi in potentia. Prius autem est scire aliquid in potentia quam in actu. Secundum igitur hunc ordinem addiscendi quo procedimus de potentia in actum prius est quo ad nos scire animal quam hominem. Et hoc est textus ex universalibus in particularia.

Contrarium autem huic videtur quia philosophus dicit in posteriorum quod singularia sunt magis nota quo ad nos, universalia vero simpliciter. Sed intelligendum est quod ibi accipit singularia ipsa individua sensibilia quae sunt magis nota secundum nos, secundum quod sensus cognitio praecedit cognitionem intellectivam in nobis quae est universalium. Sed quia cognitio intellectiva est perfectior, universalia autem sunt intelligibilia actu, non autem singularia cum sint materialia, simpliciter et secundum se et secundum naturam universalia sunt notiora. Hic autem singularia dicit non ipsa individua sed species quae sunt notiores et distinctae cognitione habentes. Genera vero sunt prius nota quo ad nos utpote habentia cognitionem in potentia et confusa. Dicit autem quod quoddam aliter exponit dicens quod ibi in natura est nobis universalia, vult ostendere modum determinationis huius scientiae quia scilicet determinat per causas et posteriora secundum naturam ut sic quod ibi dicit intelligatur de processu in determinando et non in declarando. Cum autem dicit fiunt autem nobis manifesta, intendit secundum eum magis nota secundum nos et minus secundum naturam scilicet composita simpliciter intellectus composita vero confusa. Ultimo autem concludit quod procedendum est ab universalioribus ad minus universalia quod quidam correlarium. Unde patet quod eius expositio non est ibi conveniens quia non congruit toti ad universalia intentioni, et quia hic non intendit philosophus docere modum determinationis huius scientiae, hoc enim facit in secundo libro, sed ordinem declarandi, et quia confusa non debet exponi composita sed distincta, sensus enim possit concludi aliquid ex universalibus cum genera non componantur ex speciebus. Deinde cum dicit totum enim secundum sensum manifestat per tria signa. Quorum unum sumitur a toto integrali sensibili et dicit quod totum sensibile est notius secundum sensum, ergo et totum intelligibile est notius secundum intellectum. Universale autem quoddam totum intelligibile quia comprehendit multa ut partes scilicet sua inferiora, ergo universale est notius secundum intellectum quo ad nos. Et hoc est totum enim etc. Ubi autem hoc probatur in efficacia quia universale toto et parte et comprehendit aequivoce. Est dicendum autem quod totum integrale et universale conveniunt in hoc quod utrumque est confusum et indistinctum. Sicut autem in genere distinctio est in speciebus, sicut cum quis apprehendit genus non apprehendit species distinctas sed in potentia tantum, in quantum apprehendit domum non dum distinguit parietes. Unde cum ratione confusionis totum sit prius cognitum quo ad nos, eadem ratio est et de utroque toto. Ubi et omne autem compositum non est congruum utrique toti. Unde manifestum est et dicit totum quod significat super dixit confusa et non composita. Deinde cum dicit sustinet autem ponit aliud signum de toto integrali intelligibili. Diffinitum enim se habet ad diffinientia quodammodo ut totum integrale in quantum actu sunt diffinientia in diffinito. Sed cum quis apprehendit nomen utpote homo aut circulum non statim distinguit principia diffinientia. Unde nomen ut diffinitum est sicut quoddam totum indistinctum, sed diffinitio dividit in singularia quod distincte ponit principia diffiniti. Et hoc est sustinet. Videtur autem hoc contrarium ei quod super dixit. Nam diffinientia sunt universaliora quam dixit esse priora nobis. Et si diffinitum esset notius nobis quam diffinientia non notificaretur nobis diffinitum per diffinitionem. Nec enim notificatur nobis aliquid ex magis ignotis nobis. Sed dicendum quod diffinientia secundum se sunt prius nota nobis quam diffinitum, sed prius est nobis notum diffinitum quam quod talia sunt diffinientia ipsius. Sicut prius sunt nota nobis animal et rationale quam homo, sed prius est notus nobis homo confuse quam quod animal et rationale sint diffinientia ipsius. Deinde cum dicit et pueri primo ponit tertium signum sumptum ex universalioribus sensibilibus. Sicut enim universale intelligibile est prius notum nobis secundum intellectum, ut puta animal quam homo, ita universale sensibile est prius notum nobis secundum sensum, ut puta hoc animal quam hic homo. Et dico prius secundum sensum secundum locum et secundum tempus. Secundum locum quidem quia cum aliquis accedit a remotis, prius percipimus ipsum esse corpus quam animal, et hoc prius quam quod sit homo, et ultimo quod sit Socrates. Et similiter secundum tempus puer prius apprehendit hunc ut quendam hominem quam ut hunc hominem, qui est Plato, qui est pater eius. Et hoc est quod dicit pueri primo appellant etc. Et postquam declaravit, scilicet declarare cognoscit unumquodque quod secundum magis ostendit quod prius cognoscimus aliquid sub confusione quam distincte. Deinde cum dicit necesse est etc.

Posito prohemio in quo ostensum est quod scientia naturalis debet incipere a principiis universalibus, hic secundum praedictum ordinem incipit prosequi ea quae pertinent ad scientiam naturalem. Et dividitur in partes duas. In prima determinat de principiis universalibus scientiae naturalis in ista, determinat de ente mobili, in quinto de quo intendit in hoc libro, ibi quoniam natura est principium et hic libro.

In prima determinat de principiis ibi hic scilicet de principiis entis mobilis. In secunda de principiis doctrinae in isto libro primo eorum quae sunt principia dicit ibi. In prima ponit opiniones aliorum de principiis quibus entis mobilis. In secunda igitur veritatem declarat ibi omnis utique contraria. Circa primum duo facit. Primo ponit diversas opiniones de principiis. Secundo ostendit eadem diversitatem esse opiniones philosophorum de entibus, ibi simile autem quaerunt. Dicit ergo primo quod necesse est esse unum principium vel multa, et utrumque horum habuit philosophus opinantes. Quidam enim eorum posuerunt unum principium, quidam multa. Et eorum qui posuerunt unum quidam posuerunt illud immobile, scilicet Parmenides et Melissus, de quorum opinione infra patebit capitulo 2. Quidam vero posuerunt illud mobile, scilicet antiqui naturales, quorum quidam posuerunt aerem esse principium omnium, ut Dyogenes. Quidam vero aquam ut Thales. Quidam vero

Circa primam partem facit primo ponit diversas opiniones antiquorum philosophorum de principiis quibus nostris ... secundo ostendit quod eorum processus non ... ibi ... secundo ponit opiniones ... eorum ... principiat

et hic ... libro

ignem ut eraclitus. Alii vero aliquod medium inter aerem et
aquam ut vaporem. Stultior vero eorum qui posuerunt unum prin-
cipium dixit terram esse principium propter eius consistentiam. Isti autem principium mo-
bile dicebant quia per hoc [?] alterationem rarefactionem et condensa-
tionem alia ex eo fieri dicebant. Eorum vero qui posuerunt plura
principia quidam posuerunt ea finita et sic plura uno. Qui- [margin: quidam infinita. Eorum vero qui posuerunt ea finita]
dam posuerunt ea esse duo scilicet ignem et terram ut infra dicetur
de parmenide capitulo [?]. Quidam vero tria scilicet ignem aerem et aquam.
Non terram quia compactam existimabant propter eius consistentiam. Alii
vero posuerunt ea esse quatuor sicut empedocles ut et sic aliquis
aliud numerum quia empedocles cum quatuor elementis posuit duo
alia scilicet amicitiam et litem. Alii vero posuerunt plura infinita
diversificata sunt. Democritus enim posuit indivisibilia
corpora que dicuntur athomi esse principium omnium rerum. Sed ista corpora
esse posuit omnia unius generis secundum naturam sed tantum differebant
secundum figuram et formam et non solum differebant sed et contrarieta-
tem ad invicem habebant. Ponebat enim tres contrarietates
unam secundum figuram que est inter circulum et rectum aliam secundum ordinem
que est prioris et posterioris aliam secundum positionem scilicet ante et retro sursum
et deorsum dextrorsum et sinistrorsum et sic ex illis corporibus
unius nature existentibus diversa fieri ponebat secundum diversitatem
figure positionis et ordinis athomorum. Ex hac autem opinione
dat intelligere oppositam opinionem scilicet anaxagore qui posuit infinita principia
sed non unius generis secundum naturam. Posuit enim principia necesse esse infinita partes
res minimas carnis et ossis et aliorum ut infra dicetur
in fine capituli vii. Et intendit autem quod non differt plura principia finita
et infinita quia nullus ponens plura principia potuit ponere ea im-
mobilia. Cum enim omnes ponerent contrarietatem in principiis contraria autem
nata sunt se alterare cum plura sint principia immobilitas sta-
re non potest. Deinde cum dicit Similiter autem querunt ostendit quod ista
diversitas opinionum est circa entia et dicit quod similiter physici inquire-
rent de hiis que sunt scilicet de entibus querunt quot sint utrum scilicet sit
unum aut plura et si sint multa utrum sint finita aut infinita
et ratio huius est quia antiqui physici non cognoverunt nisi causas materiales
de aliis autem causis parum tetigerunt. Ponebant autem formas
naturales esse accidentia sicut artificiales. Sicut ergo tota substantia artifi-
cialium est eorum materia ita sequebatur secundum eos quod tota substantia naturalium
est eorum materia. Unde qui ponebat tantum unum principium puta aerem
putabat quod entia essent aer secundum substantiam et similiter est de aliis
opinionibus. Ex hoc ergo quod dicit quod physici querunt ex quibus sunt que sunt
scilicet inquirendo de principiis inquirunt causas materiales ex quibus entia esse
dicuntur. Unde patet quod qui inquirunt de entibus utrum sit unum aut
multa eorum inquisitio est de principiis materialibus que essentia dicuntur. Deinde
cum dicit Quidem igitur ostendit quod aliquam istarum opinionum improbare non
pertinet ad naturalem et circa hoc duo facit primo ostendit quod improba-
re opinionem parmenidis et melissi non pertinet ad scientiam naturalem
secundo assignat rationem quare ad presens utile est eam improbare ibi Et
tamen quoniam. Circa primum duo facit primo ostendit quod non pertinet ad scientiam
naturalem improbare predictam opinionem secundo quod non pertinet ad eam
solvere rationes que ad eam improbandam inducuntur ibi Similiter solvere

rationes. Primo ostendit duabus rationibus secunda quarum incipit ibi Similiter igitur.
Dicit ergo primo quod non pertinet ad scientiam naturalem intendere ad perscrutandum
de hac opinione scilicet ens esse unum et immobile. Sicut enim contingit
quod non differt secundum intentionem antiquorum philosophorum ponere unum principium
immobile et ponere unum ens immobile et quod improbare hanc
opinionem ad naturalem non pertineat sic ostendit. Ad geometram non
pertinet inducere rationem contra destruentes sua principia sed hoc
pertinet ad aliquam aliam scientiam precedentem. Sicut in geome- [margin: vel scientiam communem scilicet methaphysicam]
tria sunt subalternata alie principia scientie sicut musica arismetice
subalternatur. Ad quam pertinet disputare contra ne-
gantes principia musice ut hoc pertinet ad scientiam communem scilicet ad
logicam vel methaphysicam. Sed predicta positio destruit principia natu-
ralia quia si sit solum unum ens et sit unum scilicet immobile sic ut
ex eo sibi alia non possint tollitur ratio principii quia omne
principium aut est principium alicuius aut aliquorum. Ad positionem igitur principii sequitur multi-
tudo quia aliud est principium et aliud est id cuius est principium. Qui igitur
negat multitudinem tollit principia non debet ergo contra hanc pone-
ntem naturalis disputare. Deinde cum dicit Similiter igitur ostendit idem aliter
non enim requiritur ab aliqua scientia ut inducat rationes contra
opiniones manifeste falsas et improbabiles. Ita quod hec presens
contrarietas manifeste opinionibus sollicitari stultum est ut dicitur
primo topicorum. Hoc est igitur quod dicit quod intendere ad inquirendum utrum ens
sit unum scilicet immobile simile est ac si disputaretur contra quamlibet ali-
am positionem improbabilem ut puta contra opinionem eracliti qui dixit omnia
moveri semper et nihil esse verum vel contra positionem alicuius qui diceret quod totum
ens est unus homo. Que quidem positio est ut opinio omnino improbabilis et tamen
qui ponit ens esse unum immobile cogitur ponere totum ens esse ali-
quid unum. Sic ergo patet quod non est naturalis scientie contra hanc positionem dis-
putare. Deinde cum dicit Et solvere ostendit quod non est naturalis
solvere rationes predictorum philosophorum et hoc per duas rationes quarum secun-
da incipit ibi Nobis autem. Probat ergo primo per propositionem philosophi quod non exigitur
in aliqua arte ut solvat rationes sophisticas que manifeste defectum
habent ut fere ut in mundo. Et hoc est quod dicit quod simile est intendere
ad improbandas positiones et solvere rationem litigiosam scilicet sophisticam.
Hoc autem quod sint sophistice habent utreque rationes et melissi et par-
menidis. Peccant enim in materia unde dicit quod falsa recipiunt idest
falsas propositiones assumunt et peccant in forma unde dicit quod non
sillogizantes sunt. Sed ratio melissi est magis honerosa
scilicet vana et fatua et non habens defectum scilicet non inducens du-
bitationem et hoc infra ostendetur capitulo [?] scilicet uno autem inconveni-
enti inconveniente dato alia sequuntur. Sic ergo concludit quod
non requiritur a philosopho naturali quod solvat istas rationes. Deinde cum
dicit Nobis autem subiecta ponit secundam rationem ad idem que talis est. In scientia
naturali supponitur quod naturalia moventur vel omnia vel quedam
quod dicit quia de quibusdam est dubium si moventur vel qualiter mo-
ventur puta de anima et centro terre et polis celi et formis naturalibus
et aliis huiusmodi et quod naturalia moveantur patet manifeste ex
inductione quia ad sensum apparet quod res naturales moventur
est autem necesse motum supponi in scientia naturali sicut necesse est sup-
poni naturam in diffinitione supponitur motus est enim natura principium.

[illegible]

motus ut infra dicetur 2° libro primo capitulo. Hoc autem habito quod motus supponatur in scientia naturali, ulterius procedit ad propositum ostendendum. Probat quod non omnes rationes solvende sunt in aliqua scientia, sed solum ille que concludunt aliquid falsum ex principiis illius scientie; que vero non concludunt ex principiis scientie sed ex contrariis principiis non solvuntur in illa scientia. Et hoc probat per exemplum in geometricis, ut tetragonismum, id est quadratum circuli, huius quidem qui est per decisiones circumferentie dissolvere pertinet ad geometram, quia non supponit contrarium principiis scientie. Voluit enim quidam nomine Brisso invenire quadratum equale circulo. Dividendo enim circumferentiam circuli in multas partes et singulis partibus supponendo lineas rectas, et sic inveniendo aliquam figuram rectilineam equalem aliis illarum figurarum que continentur a decisione circumferentie et corda, a pluribus ad omnibus existimabat se invenisse figuram rectilineam equalem toti circulo. Et quia facile erat invenire quadratum equale per principia geometrie, et sic putabat se invenire posse quadratum equale circulo. Sed non sufficienter argumentabatur, quia licet ille decisiones consumerent totam circumferentiam circuli, non tamen figure contente a decisione circumferentie et lineis rectis comprehendunt totam circumferentiam circuli [?] supra. Sed dissolvere quadraturam Antifontis non pertinet ad geometram, quia utebatur contrariis principiis geometrie. Describebat enim in circulo aliquam figuram rectilineam, puta quadratum, et dividebat arcus quibus subtendebantur latera quadrati singula in duo media, et a punctis divisionum ducebat lineas rectas ad omnes angulos quadrati, et sic resultabat in circulo figura octo angulorum que magis accedebat ad equalitatem circuli quam quadratum. Iterum dividebat arcus quibus subtendebantur latera figure octo angulorum singulos in duo media, et sic ducendo lineas rectas a punctis divisionum ad angulos predicte figure resultabat figura 16 angulorum que adhuc plus accedebat ad equalitatem circuli. Sic ergo dividendo arcus et ducendo lineas rectas ad angulos figure precedentis consurgit figura propinquius se habens ad equalitatem circuli. Dicebat enim quod non est procedere in infinitum in divisione arcuum; erit ergo devenire ad aliquam figuram rectilineam equalem circulo, et poterit inveniri quadratum equale, quia supponebat quod arcus non semper dividuntur in duo media, quod est contrarium principiis geometrie. Hanc rationem dissolvere non pertinet ad geometram. Rationes ergo Parmenidis et Melissi, qui ponunt ens esse unum et immobile, ut infra patebit capitulo [illegible], hec autem est contra principia supposita in scientia naturali, scilicet quod solvere has rationes non pertineat ad physicum naturalem. Sed quoniam de natura assignat rationem quare dubitet contra predictam positionem, et dicit quod quamvis predicti philosophi loquebantur de rebus naturalibus, licet non inducerent de facto scilicet dubitationes naturales, utile est ad propositum disputare de his opinionibus, quia licet non sit scientie naturalis disputare contra has opiniones, pertinet tamen ad philosophiam primam.

Principium autem maxime etc. Postquam philosophus posuit opiniones philosophorum de principiis, hic disputat contra eas.

Et primo contra illos qui non naturaliter de natura locuti sunt; secundo contra eos qui naturaliter de natura locuti sunt, ibi: Sicut autem physici. Circa primum duo facit: primo disputat contra positionem Melissi et Parmenidis; secundo contra rationes eorum, ibi: Et ergo dissolvere [?]. Circa primum duo facit: primo disputat contra hanc positionem ens esse unum per rationem supra exceptam ex parte entis, quod est subiectum in propositione; secundo per rationem acceptam ex parte unius quod est predicatum, ibi: Amplius autem ipsum unum. Dicit ergo primo quod id quod maxime accipiendum est pro principio ad disputandum contra predictam positionem est quod illud quod est, scilicet ens, dicitur multipliciter; et querendum est ab eis qui dicunt ens esse unum quo accipiatur ens: utrum scilicet pro substantia ut per qualitate vel aliquo aliorum generum. Et quia substantia dividitur in universales et particulares, scilicet in substantiam primam et secundam, et iterum in multas species, querendum est utrum dicatur ens unum ut homo unus vel equus unus, vel ut anima una, vel ut qualitas una ut album vel calidum vel aliquid huiusmodi. Multum enim differt quid illorum dicatur. Deinde ostendit quod si ens est unum, quod ut sit substantia et accidens, sit ut sit accidens tantum, ut substantia tantum. Si autem sit substantia et accidens, sit non erit unum ens tantum sed duo. Nec differt quantum ad hoc utrum accidens et substantia sit in uno ut sit diversa, quia licet sint in uno non tamen est unum simpliciter sed unum subiecto. Et sic ponendo substantiam cum accidente sequitur quod non sit unum simpliciter sed multa. Si vero dicatur quod sit accidens tantum non substantia, hoc est omnino impossibile, quia accidens sine substantia esse non potest. Omnia enim accidentia de substantia dicuntur sicut de subiecto, et hic vero ipsorum consilium [?]. Si vero dicatur quod sit substantia tantum sine accidente, scilicet quod non sit quantitas, nam quantitas accidens est, et hoc est contra positionem Melissi: posuit enim ens esse infinitum, unde sequitur quod sit quantum, quia infinitum proprie loquendo non est nisi in quantitate. Sed substantia et qualitas et huiusmodi non dicuntur infinita nisi per accidens, in quantum simul sunt cum quantitate. Cum ergo Melissus ponat ens infinitum, non potest ponere substantiam sine quantitate. Si ergo est substantia et quantitas, sequitur quod non sit tantum unum ens sed duo. Si vero sit solum substantia, non est infinitum, quia non habebit magnitudinem neque quantitatem. Nullo igitur modo verum est quod Melissus dicit ens esse unum, et hoc est primum. Amplius autem etc. Amplius quidem ipsum unum etc. Ponit secundam rationem acceptam ex parte unius, et circa hoc duo facit: primo ponit rationem; secundo ostendit quomodo quidam erraverunt in solutione ipsius, ibi: Turbati autem sunt. Dicit ergo primo quod sicut ens dicitur multipliciter, ita et unum, et ideo considerandum est quo dicatur omnia esse unum. Dicitur enim unum tripliciter: uno modo sicut continuum est unum ut linea et corpus; alio modo sicut indivisibile est unum ut punctus; alio modo sicut dicuntur unum illa quorum est ratio una, ut diffiniens et diffinitio, sicut nappa [?] et unum dicuntur unum. Primo igitur ostendit quod non possunt dicere quod omnia sint unum continuum, quia continuum quodammodo est multa: omne enim continuum est divisibile in infinitum, et sic continuum habet diversas partes. Unde qui ponit ens continuum necesse est quod ponat quodammodo multa, et non solum propter multitudinem partium, sed etiam propter diversitatem que videtur esse inter totum et partem. Est enim dubitatio utrum totum et pars sit unum ut plura, et licet forte hec dubitatio non pertineat ad propositum, tamen secundum se utilis est ad considerandum, et non solum de totis continuis sed etiam de totis

quorum partes non sunt continue sicut partes domus que sunt in con-
tactu et positione. Et maior est quod totum fit quod est id partium et non tam
simpliciter. Si enim simpliciter totum et id unum partium eadem ratione erit
idem alteri partium. que autem uni et eidem sunt eadem sibi invicem sunt
eadem. et sic sequitur quod ambe partes sic ponantur esse simpliciter
idem toti quod sic idem ad invicem et sic sequitur quod totum sit
indivisibile non huius diversitate partium et hec est ampliatio. De-
inde cum dicit At vero si sic. ostendit quod omnia non possunt esse unum
sicut indivisibile est unum. quia quod est indivisibile non potest esse quantum cum omnis
quantitas sit divisibilis et per consequens non potest esse quale ut in-
telligitur de qualitate que fundatur super quantitatem et si non est quantum
non potest esse finitum sicut dixit parmenides. nec infinitum sicut dixit
melissus. quia tamen indivisibilis ut potest puncto est finis
et non finitum. quia finitum et infinitum conveniunt quantitati.
et hoc est At vero. Deinde cum dicit At vero. ostendit quomodo non potest dici
omnia esse unum secundum rationem. quia si hoc esset sequerentur contradictoria
primo est quod contraria essent unum secundum rationem. scilicet quod eadem esset ratio boni
et mali sicut eraclitus ponebat. eadem esset ratio contrariorum
ut patet in quarto methaphysice. Deinde inconveniens est quod eadem esset ratio
boni et non boni. quia ad malum sequitur non bonum. et sic seque-
retur quod esset eadem ratio entis et non entis. et sic sequeretur
quod omnia entia non solum essent unum ens ut ipsi po-
nunt. sed et essent non ens ut nichil. quia que sunt unum secundum
rationem idest secundum hanc conveniunt quod de quocumque predicatur unum et alterum. Unde si ens
et non ens sunt unum secundum rationem sequitur si omnia sunt unum
ens quod omnia sunt nichil. Tertium inconveniens est quod diversa genera
ut quantitas et qualitas sit eadem secundum rationem et hoc inconveniens po-
nit cum dicit. Et talis et tanta. Adiuverunt autem et qui
sic posterius dicit in quarto methaphysice quod negantes principium non possunt ad-
duci de intento simpliciter que procedit ex magis notis simpliciter
sed deducto ad inconveniens que procedit ex hiis que sunt posita
ab adversario que sunt inconvenientia nunc non simpliciter. Et sic
philosophus improbat dispositionem ... pluribus que sunt minus nota. quod hoc quod
est ens sit unum et multa et non unum tantum ad quod rationes inducit

Conturbati sunt autem et posteriores. Postquam philosophus im-
probavit opinionem parmenidis et melissi ponentium
ens esse unum. hic ostendit quod ex eadem radice quidam posteriores
philosophi in dubitationem inciderunt. et erraverunt sicut parmenides
et melissus. ex hoc quod nesciebant distinguere unum. Unde quia
aliquid non sunt unum simpliciter unum esse enuntiabant. posteri-
ores autem philosophi nescientes distinguere unum. propter inconveniens
non reputabant quod idem aliquid non sit unum et multa. Et ... con-
vincebantur rationibus contrariis non cogebantur. et ideo dicit quod posterio-
res philosophi conturbati sunt scilicet in dubitationem inciderunt.
quemadmodum et antiqui scilicet parmenides et melissus ne forte con-
tingeret eos hoc dicere quod idem sit unum et multa quod inconveni-
ens utique videbatur. Et ideo primi ponentes esse unum totaliter
multitudinem auferebant. Posteriores autem multitudinem re-
movere conabantur aliquo ponentes esse unum. Et ideo quidam
locutionibus in propositionibus ut licofron auferebant hoc verbum est. dicebant

enim quod non est dicendum quod homo est albus. contradicebant enim quod homo et al-
bus sunt quodammodo unum. Alioquin album de homine non predi-
caretur. sed videbatur eis quod hoc dicto est. cum sit copula
verbalis inter duo copularet. et ideo tollebant ab eo quod est
unum multitudinem auferre volentes. dicebant non esse
apponendum hoc verbum est sed quia imperfecta oratio videbatur et
propter hoc illi in animo auditoris non generaretur sed ponentes
omnia absque adiectione alicuius verbi. hii volentes corrigere
alii mutabant modum loquendi. et non dicebant homo est
albus ne daretur intelligi multitudo sed homo albatur quia
propter hoc quod est album non intelligitur res aliqua ut eis videbatur
sed quedam transmutatio sola. Et similiter dicebant non esse dicendum
homo est ambulans sed homo ambulat. ne per additionem huius co-
pule verbalis est. idest quod reputabant unum scilicet hominem album
facerent esse multa. Ac si unum et ens dicerentur simpliciter
in uno modo et non multipliciter. sed hoc est falsum. quia idem quod est unum
uno modo potest esse multa. Alio modo sicut idest quod est unum subiecto
potest esse multa ratione sicut album et musicum idem sunt subiecto
sed multa ratione. Alia enim ratio musici et alia albi-
tudinis. unde patet quod unum sit multa. Alio et in quantum
aliud quod est unum toto et actu sit multa secundum divisionem par-
tium. Unde totum est unum in sua totalitate sed habet multi-
tudinem partium. Et quidam ad id quod est unum subiecto et mul-
ta ratione aliquod remedium adinvenerunt auferen-
tes hoc verbum est ut commutantes ut dictum est supra. hoc ca-
sum scilicet in toto et partibus omnino deficiebat. Unde verentes
... et confitebantur aliquod inconveniens unum esse
multa. sed hoc non est inconveniens quando unum et multa non ac-
cipiuntur ut opposita. Unum enim in actu et multa in actu
opponuntur. sed unum in actu et multa in potentia non sunt opposita.
Et quia hoc latebat eos quod unum dicitur multipliciter scilicet unum in potentia
et unum in actu. et sic nichil prohibet idem esse unum in actu
et multa in potentia. ut patet de toto et partibus. Uno autem
inducunt quam principaliter intenta scilicet quod ex predictis ra-
tionibus patet quod impossibile est omnia entia esse unum. Ex

quibus demonstrat solutio philosophus. Postquam philosophus improbavit positionem
parmenidis et melissi. hic incipit solvere rationes eorum. et
circa hoc duo facit. Primo ostendit quomodo rationes eorum sunt solvende.
secundo solvit rationem melissi ibi quod quodammodo male. tertio sol-
vit rationem parmenidis ibi ad parmenidem autem. dicit ergo primo quod
non est difficile solvere rationes ex quibus sillogizat parme-
nides et melissus quia utique sophistice sillogizant
et ideo quia assumunt falsas propositiones ... et ideo quia
non servat debitam formam sillogismi. sed ratio melissi magis
honerosa est. scilicet magis vana et fatua et non habens difficultatem
scilicet non inducens dubitationem. Assumit enim quod contrariatur principiis
naturalibus et est magis falsum. scilicet quod ens non generetur. Unde non est
grave si uno inconvenienti dato aliud contingit. Deinde
cum dicit quod quodammodo male solvit rationem melissi que quidem tale
erat. quod factum est habet principium. ergo quod non est factum non habet principium.

sed homo albus

sed ens non est factum ergo non habet principium et per consequens nec finem
sed quod non habet principium neque finem est infinitum. quod autem est infinitum
est immobile. non enim habet extra se quo moveatur. Item quod
est infinitum est unum quia si essent multa oporteret aliquid
extra infinitum. ergo ens est unum infinitum et immobile.
Ad ostendendum autem quod ens non generatur inducebat quidam
rationem quam inducebant quidam physici naturales. Unde ponit eam
infra in fine huius libri primi. Improbat autem rationem quoad
conclusionem quia ad hoc quod dicit quod est factum habet principium ergo quod non est factum
non habet. hoc enim non sequitur sed est fallacia consequentis. Arguit etiam
destructione antecedentis contra rectam formam arguendi sic
arguendo ergo. unde non sequitur si est factum habet principium ergo si non est
factum non habet sed sequeretur ergo si non habet principium non est factum.
hoc est posterius et hoc est inconveniens. Improbat predictam rationem quoad secun-
dam illationem non habet principium ergo est infinitum. Principium enim dicitur du-
pliciter. uno modo de principio temporis et generationis et sic accipit
principium hic. cum dicit quod factum est habet principium ut quod non factum est non habet
principium. Alio modo est principium rei ut magnitudinis et sic sequitur
si non habet principium est infinitum. Unde patet quod accipit nomen principii
ac si esset uno modo dictum. et hoc est quod dicit quod inconveniens hoc est
quod principium omnis s. cuiuslibet habentis principium sit principium rei s. magnitudinis
et quod non sit alio modo dictum principium temporis et generationis. non tamen
in quibus simpliciter generatio et momentanea quod est inductio secunda
in quibus habeat principium quod simpliciter non est accipere principium sicut
in alteratione cuius terminus est generatio est accipere terminum cum
non sit momentanea mutatio et altera generatio dicatur
prius fuit terminus. Hic s. posterius quarta. Improbat predictam po-
sitionem quoad tertiam illationem quam infertur est infinitum ergo est immobile. Et
ostendit quod hoc non sequitur dupliciter. primo quod in motu locali quia aliqua pars
aliqua potest moveri intra se ipsa in quo non moveatur ad locum extrin-
secum quia moventur partes aque in aqua immota manente
per congregationem et disgregationem partium. Et similiter licet corpus in-
finitum esset aqua tamen esset possibile quod partes eius moverentur
intra totum et non procederent extra locum totius. Item cum dicit
prima alteratio. Improbat quoad motum alterationis quia nichil pro-
hibet infinitum alterari ut in toto ut in parte. sed eo quod
oportet ponere aliquid extra infinitum. Hic i. At vero neque specie. Im-
probat predictam rationem quoad quartam illationem quam concludebat quod
si ens est infinitum quod sit unum. non enim sequebatur quod sit u-
num secundum speciem sed forte secundum materiam sicut quidam physicorum naturalium po-
suerunt omnia esse unum secundum materiam non secundum speciem. materia enim est eadem quod
homo et equus differunt secundum speciem et similiter generatione sed differentia adiun-

Et ad Parmenidem etc. Postquam philosophus ... secundum speciem
improbavit rationem Melissi. hic improbat rationem Parmenidis
et primo improbat eam secundo excludit dictam quandam quam male ob-
viabat rationem Parmenidis i. quidam autem utrumque. Circa primum
facit primo ponit modos quibus obviandum est rationi Parmenidis se-
cundo illum modum eam solvit i. falsa quidem. Circa primum sciendum quod ratio
Parmenidis ut patet in principio methaphysice capitulo x. talis erat. quod
quod est praeter ens est non ens et quod est non ens est nichil ergo quod est praeter ens

nichil. Quare ens est unum ergo quicquid est praeter unum est nichil ergo est unum tantum ens.
Et ex hoc concludebat quod erat immobile quia non habebat aliquid quo mo-
veretur. non habebat extra se quo moveretur. Ex ipsis autem rationibus com-
patet quod Parmenides considerabat ens secundum rationem entis et ideo pone-
bat ens esse unum finitum. Melissus autem considerabat ens
ex parte materie. considerabat enim ens secundum quod est factum et ideo pone- ut non factum
bat ens esse unum infinitum. Dicit ergo quod idem modus est proce-
dendi contra rationem Parmenidis et contra rationem Melissi. quia sicut ratio Melissi
solvebatur ex eo quod assumebat falsas propositiones et ex
eo quod non recte concludebat secundum debitam formam sillogisticam. sic
et ratio Parmenidis solvitur propter quod falsa assumit. propter autem quod
non recte concludit. Dicit autem et alios propositiones modos disputandi
esse contra Parmenidem quod contra eum disputari potest ex propositionibus ab
eo suppositis que sunt aliquo modo necessarie et probabiles. Quamvis Melissus
procedebat ex eo quod est falsum et improbabile s. quod ens non
generatur. Unde disputabat contra eum per propositiones ab eo suppo-
sitas. Deinde cum dicit falsa quidem. exequitur per ordinem modos et primo primo secundo
sum i. non concludit autem. Dicit ergo primo quod Parmenides assumit propositiones
falsas quia accipit quod est s. ens dicitur simpliciter s. uno modo
cum tamen dicatur multipliciter. Dicitur enim ens uno modo substantia alio modo
accidens et hoc multipliciter secundum diversa genera. Secundo et accipit ens
prout est genus substantie et accidentis. Tertio quod ponebat ab eo suppo-
re in uno statu sunt necessaria in alio statu sunt falsa. sicut cum dicit
quicquid est praeter ens est non ens. Verum est si ens sumatur prout
est genus substantie et accidentis. Si autem sumatur pro accidente tamen
ut substantia tamen falsum est ut infra ostendetur. Similiter et cum dicit quod
ens est unum verum est si accipiatur pro aliqua una substantia et
pro aliquo uno accidente non tamen unum erit in illo statu quod
quicquid est praeter illud ens sit non ens. Deinde cum dicit Non
concludit. exequitur secundum modum solutionis quod scilicet ratio Parmenidis
non concludebat. et primo ostendit similitudinem secundo ad aptat ad propositum
i. necesse est quidem. Dicit ergo primo quod ex hoc scire potest quod ratio Parmeni-
dis non recte concludit quia forma arguendi non est effi-
cax in omni materia quod oportet si esset debita forma arguendi.
Si enim accipiamus album loco entis et ponamus quod
album significet unum et non dicatur equivoce et dica-
mus sic. Illud quod est praeter album est non album et quicquid est non
album est nichil non sequitur quod album sit unum tantum. Propter quod quia
non erit necessarium quod omnia alba sint unum continuatione ut aliquid
non erit unum album continuatione s. ex hoc ipso quod erit
continuum non erit unum simpliciter quia continuum est quodam modo multa ut
supra dictum est. Et similiter non erit unum ratione. alia enim est ratio
albi et susceptibilis. et tamen non erit aliquid praeter album quod di-
versum ab eo. Sed enim est quia album a susceptibili quod album sit
separabile a susceptibili sed quia alia est ratio albi et susceptibilis. sed
hoc non diu erat considerandum tempore Parmenidis s. ad unum verbo
et multa ratione et ideo credidit quod si non sit extra verbum quod
sequatur esse unum. sed hoc falsum est. cum propter multitudinem
partium tum propter diversam rationem verbi et accidentis. Deinde cum
dicit necesse est quidem. Aptat similitudinem ad propositum ut quod

.2.

dicitur esse de albo. Consequenter dat similitudinem sic homo et tamen ens et
hoc duo facit. Primo ostendit quod non sequitur ens esse unum omnino, propter hoc
quod substantia et accidens sunt diversa secundum rationem. Secundo propter multitudinem
dicit partium, id est magnitudinis. Declarat igitur rationem Parmenidis
declarando quod ens non significat tantum unum, quo declarato satis
declaratur quod non sequitur si tantum ens est quod tantum unum sit. Et
circa hoc duo facit. Primo ostendit quod cum dicitur quod quod est proprie ens est non
ens, hoc quod est ens non potest accipi pro accidente tantum. Secundo quod non
potest accipi pro substantia tantum, id est sicut quod vere est. Dicit ergo primo quod cum
dicitur quod quod est proprie ens est non ens, si ens dicatur unum significare,
significare oportet quod non significet quodcumque ens, ut de quocumque predicatur,
sed significet quod vere est substantia, et significet quod vere est unum, id est indivisibile.
Si enim ens significaret accidens, cum accidens predicaretur de subiecto,
oporteret quod subiectum non esset cui accideret accidens quod ponitur ens. Si enim
quod quod est proprie ens est non ens, id est proprie accidens est aliud ab accidente
quod significet hoc quod dico ens, sequitur quod subiectum sit non ens, et ita ergo
ens quod est ens predicetur de subiecto quod est non ens. Sequitur quod ens predicetur
de non ente, et hoc est quod concludit: Erit igitur aliquid
cum non sit. Ac si dicatur quod sequitur quod non ens sit ens. Hoc autem
est impossibile, quia hoc est primum principium positum in sapientia quod contradictoria non predicentur
de se invicem, ut in 4 Metaphysice dicitur. Unde concludit quod si ad-
sit unum ens, supposita hac positione [illegible] quod est proprie ens est non
ens, quod illud non sit accidens in the ens aliquid, quia non contingeret ipsi
subiecto sic esse ens aliquid, id est quod ipsum subiectum haberet rationem entis, nisi
ens multa significaret, id est quod unumquodque illorum multorum sit aliquod
ens. Sed supponitur a Parmenide quod ens significat unum tantum.
Deinde cum dicit: Si igitur quod vere est, postquam conclusit quod cum dicitur
quod quod est proprie ens est non ens, quod proprie ens non potest intelligi accidens,
ostendit quod neque substantia. Unde dicit: Si igitur quod vere est non sit accidens a-
licui, sed illi aliquid accidat, ostendit quod in hac positione [illegible] quod est proprie
ens est non ens magis significet quod vere est, id est substantia, proprie ens quam proprie
non ens. Sed ut hoc possit stare, ponatur enim quod illud vere ens, id est illa
substantia, sit album, album autem non est quod vere est, iam enim dictum est
quod illud quod vere est non est possibile accidere alicui. Et hoc ideo quia
~~quod non vere est iam enim dictum est quod id quod vere est non est possibile~~
~~accidere alicui~~ et hoc ideo quia quod non est vere, id est quod non est substantia, non
quod est, id est non est ens. Sic ergo sequitur quod album non sit ens, et non
solum ita quod non sit hoc ens, sicut homo non est hoc quod asinus est, sed quod
omnino non sit, quia ipse dicit quod quod est proprie ens est non ens. Et quod
non ens est nihil. Ex hoc sequitur quod non ens predicetur de eo quod vere
est, quia album predicatur de substantia quod vere est, et tamen album non sig-
nificat ens, ut dictum est. Unde sequitur quod ens sit non ens, et
hoc est impossibile, quia unum contradictoriorum non predicatur de altero.
Unde si ad evitandum hoc inconveniens dicatur quod vere ens
non solum significat substantiam sed etiam ipsum album, sequitur quod ens multa
significet, et ita non erit tantum unum ens, quia substantia et accidens sunt
Deinde cum dicit. Est quiddam quod. Exequitur propositum et prius determinat de mo
tu et infinito quia maxime motum consequuntur. Secundo de alijs
tribus que consequuntur ipsum extrinsece in quarto libro ibi i. Similiter autem necesse. Prima
diuiditur. In prima determinat de motu. In secunda de infinito. ibi
Quoniam autem est. Prima diuiditur. prius premittit quedam ad inuestigandum
diffinitionem motus. Secundo assignat diffinitionem motus. ibi i. Diuiso autem secundum
... Prima diuiditur. premittit quasdam diuisiones que iuuant ad inueniendum
diffinitiones communissima sunt predicationes ut patet in septimo priorum
et in quinto metaphysice. Secundo ostendit quod motus in predicamentis ... ibi i.
Non est autem motus. Prima diuiditur. ponit tres diuisiones quarum prima est quod ens diuiditur
per potentiam et actum et hec que diuisio non distinguit genera entium. sed potentia
et actus inueniuntur in omnibus generibus. Secunda diuisio est prout ens diuiditur
secundum genera quorum unum est hoc aliquid id est substantia et aliud quale aut
aliquid aliorum predicamentorum. Tertia diuisio est unius generis
entium. scilicet eius quod est ad aliquid. nam motus ad hoc genus aliquid ...
pertinere uidetur. ... mouens refertur ad motum. Ad hoc ergo quod dicit
... intelligendum ... quod cum relatio habeat debilissimum
esse quod consistit tamen in hoc quod ad aliud se habet. oportet quod super aliquid
aliud fundetur. quia perfectiora accidentia super imperfectiora sunt et
eis mediantibus. Alia autem in ... ad ... super duo
fundatur. relatio que habet ordinem ad aliquid scilicet super quantitatem ... ratione
sua quantitatis potest esse mensura. aliud et ... agens
... fundatur accidens suum ... relationes autem quedam fun
dantur super quantitatem ut duplum et dimidium ... sed
actiuum et passiuum et motiuum et mobile ... super
unum enim consistit ... in mensura. ut patet in duplo et dimi
dio. ... aliquis ... et simile et equale fundatur
super unitatem que est principium numeri. Alie uero relationes fundantur
super actionem et passionem uel ... sicut calefaciens

dr ad calefcm. l' h q2 egisse sic p2. resto ad aliud q2 ge
nuit vl' q3 po agendi. sic do ad sim. q2 p' eu co3 ccre
hat g dico3 expsse m' phs. in 4 methe. S3 h tang
bitur dicem9 p ad ad ad quod e B sup hie 4 desca. q
quod fundat sup qu'te e duplu 4 dimidiu. ad ad B actiu
4 passiuu 4 motiu 4 mobile q ad inuicem refunt. ut p3
se. p3. Deinde cu flozat. ostendit quom mot' reducat ad p
dcas dicoz 4 cc. h. d. f. po o' q mot' no e p' gna ea.
So q diuidi sic gna eu diuidut vnuqdq q. Cu p' g eo si
q eu mot' sicut ij. patebit. sit act' impfcus. Oine a q3
impfcu sb eod gnie cad'. cu pfco no quid'. sicut spes. B
producto3 sicut m p3 in gnie sbe. nece e q mo n sit p'
gna ea. i quib3 ztingit ee motu. 4 h e q o' q mot' n3
pe res. i p' gna ea. i quib3 mot'. ita q sit ad ce uenim
vl' ad ad adh gna 4 h mat' p h q ome qd mutatur
mutat vl' s3 sbam vl' s3 quitate. l' s qlitate3 l' s3
locu. ut i. 4. ondet. hijs c gnib3 n3 accipe ad 9 um
uoc. q nio 3tineat sb aliq pdico. S3 sit gen9 cor. S3
eis ee 3inue ad ea s3 anolog ut i. x. me' ondit.
vn m' e q n3 mot' n3 mutu sit ex pdca gna. Et n sit
ex ea. s3 sufficient diuidat eis. x. qui' se mot' heat
ad pdicamtu accois l' passionis. i. ondet. Deinde ed'
vnuqdq q. o' q modo d' sic 4 gna ea. in q ei q in
oib3 gnib3 ztingit ad ee duplr. vl' sic pfcm. l' sic ipfcm
e io ee. q2 p'uacio 4 hit e p. 3rietas. q in oib3 gnib3
saluantur. ut in x. me' d'. vn ai alia gna diuidit.
hijs d'ijs. S3 i oib3 gnib3 e pfcu 4 impfcu. sic i
sba ad e ut for. ad ut puo. 4 in qlitate ad e ut alb
q2 e pfcm. 4 ad e ut nig' q2 e impfcm. 4 in qtitate ad
e q titas pfca. 4 ad in pfca. 4 in loco ad e sursum
q2 e ut pfcm. 4 ad dorsu q2 e impfcm. l' leue 4 graue
q pont' i ubi vocu relatiu. vn m' e q q' mod' diuid'
eis. tot mod' diuid' mot'. Diuidit n. spes mot' s3
diusa gna entiu. ut augmt q e mot' i qntitate et d'
gnione. q e mot' in sba. Diuidit 4 spes mot' s pfcm
4 impfcm. in eod gne. sta gnio e mot' in sba. ad for
corpo no ad p'uo3. 4 in qnti' augmt. ad qtitate p
fca3 dentineo ad dpfca3. a' no assignatur duo spes
i qlitate 4 ubi ondetur i v.

Diuisio autem secundum vnumquodque. Postq
phs pmisit qda q sit nece ad inqsitoz mot'
h diffinit mot'. 4 p' in gnali. Sedo i spali. Quid q' d'
sit mo. 4 c. Circa p'm d. f. po o' quid sit mot'. Sedo
inqrit c' act' sit mot' utr mouentis l' mol' i. Mouet
aut mouens phys. Circa p'm 3. f. p' ponit diffiz motus
Sedo ma' ptes diffinitois. i. Cu a qda sut. Tcio o' dif
finitoz ee bn assignata. i. Quod quid e. ec p' d. f.
p' ponit diffinitoz mot'. Sedo q' sicut. i. vt alta qd.
P' 2 sia' q aliqui diffinierut mot' dicentes q mot'
est exitus. de po ad actu no subito q' indiffinitendo

crasse
exeuntur. eo q indiffinitu e mot' posuit qda q' sunt
priora motu. Et e c qdam spes mot'. s3 itr 4 indiffo
ne sui. recipit tps. Est n. subitu q fit i diui' tpis. qo
diffinit p motu. ordo e impos' ac diffinire. mot'
p priora 4 notora. n sic phs h diffinit. Deinde e q uni
q3 g diuid' p po'' 4 actu. pora 4 actus. cu sit d p'mis
d'ijs. cum sub' pora sut motu 4 hys uti phs ad
mot' diffiniend. Considandu g q ad i e act' tm ad no. i po
tm. ad no mo. n. se hns medio pot' 4 actu. q g e po tm n
mo. q aut in actu pfco ia e no mo. s3 ia mot' ille g
mo q me m' se h3. int puru pot' 4 actu q quid pti est
i po 4 pti in actu. ut p3 in alteratione. Cu q eni aq e so
lu i po calida. n d' mo. Cu n io e ia calefca. finit e mo
tus calefcois. Cu no ia pticip' alit ad ad calore s3 ipfce.
Tuc mo ad calefco3 na q calesat paulati pticipat
calore mg ac mg. Ipe e. act' impfcus calefco' mo in
calefabili ex q ee mot' no qui'. s3 id q actu ia e est.
S3 s q id q ia actu3 h3 or'' i ulteriorez actu. q si tolle
ordo ad ulteriorez actu ipe act' q'cuq impfcus ee3 tm
mot' e no q. sic actio. cu ad semplene calefit. ordo
aut ad ulteriore3 actu 3petit exeunti i po ad ipm. Et
sil' si actus impfcus 3sidet tm. ut or'' ad ulteriore
act' s q h3 ro3 po' n h3 ro3 mot'. s3 pu' mot'. pot ei ita
pcalefco. sic a frigido ia a trepido. Sic g act' ipfcus
h3 ro3 mot'. s q 3pat ad ulteriore actu ut po. 4 s qd
3patur ad ipfcus. ad. ut act' vn n3 e pu exitus i ac'
s3 e act' exitus i po. ut p id q d' act' designet ordo ei' [ipo ut act' exeuntis]
ad pcedete po. 4 p id q d' i po exitus designet ordo ei'
ad ulteriore actu. vn 3cuiasse phs diffinit mot' dice
q mot' e endla. i. act' exitus i po. s q h. Deinde cu d'
vt altat quid. exeta i oib3 spb3 mot'. Sic alto e act'
altat' i q est alta'. 4 q2 mot' in qntitate n h3 vnu
nom sic mot' i qlitate dr alte. q'r ad mot' i qntitate
ponit duo noia. 4 d' q act' e augm' l' 4 oppoi' l' dimi
q' b3 no e vnu 3c n est augmtu 4 dimi. 4 sil' gna [situs]
4 corrp'' i corrp' 4 muta' s loc' loca muta'. accipit e
h motu 3c pmutatois. n a' stete. s3 q diuid' 3 gna
for 4 corrp' n ee vo dicat. i. v. Deinde e d'. Q' a' h sit
mot' maz' sing' las ptes diffinitois i p q. ad h
act' h q' ad h. q d' exitus i po. i ai 4 qda. i' q [Quoniam]
adh add. i q h r t. Dico a' h. ec p'mu ut e tali ide
id q' ad sit actu. p' in po exitus g' mo e act' s3 ad sit
actu du mo p' adh in po g' mo e act' d q' ex h m
ee. q mo sit h. i. act' q edil' a p po ad ad. Cu a' edil'
s hac pte po' q' mipeat redic' in actu. ec dd q edifi
cat 4 ibe act' e edifi passiua. 4 sil' e d' oib3 alys
motib3. Sic declinat volutio medica. saltat adolesce
i. augment senc. i. dimi. Consid' e c. q ang' aliquid
moueat 4 ad in po ad duos actus. s ad actu pfcm
qui e cuius mo ad actu impfcm q' e mo sic aq.

aliquid incipiat calefieri. est enim potentia calefieri et ad calefactum esse.
Cum autem calefactibile reducitur in actum, ipsum factum quod est motus non est in actu
perfectum, quia est continuus motus. Sed adhuc est in ipso remanens in potentia. Deinde
cum dicit: Quoniam autem quaedam. ostendit quod motus sit actus existentis in potentia talis vel talis
Omnibus enim accidit esse actu et semper invenitur. sicut unumquodque
invenitur in [illegible] et potentia habet actum [illegible]. Sed motus semper
invenitur in existente in potentia. Est ergo motus actus existentis in potentia ad
manifestationem autem propositi sic dicit quod quaedam eadem sunt in potentia et
in actu, licet non simul, aut secundum idem. sicut calidum in potentia et frigidum in
actu. Ex hoc sequitur quod multa agunt et patiuntur ad invicem
in quantum utrumque est in potentia et in actu respectu alterius secundum diversa. Sed quia non omnia
mutua ad invicem conveniunt, sed in unoquoque est in potentia ad id quod est
actu in alio, et ideo in omnibus talibus [illegible] idem agens et patiens et
movens et motum. Et ex hoc videtur quibusdam universaliter quod semper omne mo
vens moveatur. Sed de hoc manifestum erit in aliis. Ostenditur enim in viii
phisicorum et in xii methaphisice quod quoddam movens immobile est quod est in
potentia sed in actu tantum. Sed quando id quod est in potentia actu existens et agit
aut ipsum aut aliud in quantum est mobile reducitur in actum motus
sive sit motum a se sive sit motum ab alio, tunc motus actus
eius. Deinde quod illa quae sunt in potentia sive agunt sive patiantur
tunc moventur. Quia est agendo patiuntur et movendo mo
ventur. Deinde cum dicit: Dico autem hoc quia [illegible] hac particula. Inquantum
huiusmodi et per exemplum. Secundo probat ibi. Quoniam autem est in subiecto dicit ergo
primo quod necesse fuit addi in quantum huiusmodi quia id quod est in potentia est aliquid in
actu. Et licet id sit subiectum existens in potentia et in actu, non tamen
idem secundum rationem esse in potentia et in actu sicut es est in potentia ad statuam
et in actu eius non tamen eadem ratio eris et in quantum est potentia
ad statuam. motus autem non est actus eius in quantum est es sed in quantum est
in potentia ad statuam. aliter oporteret quod omnia diu es esset semper
moveretur ad statuam quod patet esse falsum. Unde patet convenienter esse additum
Inquantum huiusmodi. Deinde cum dicit: Quoniam autem et in aliis. ostendit id per rationem sump
tam ab aliis. Manifestum est enim quod ad id scilicet quod est in potentia ad statuam
sanguis est. idem subiectum sit quod est in potentia ad sanitatem et egritudinem
manifestum est autem quod esse in potentia ad sanitatem et in potentia ad egritu
dinem est aliud et aliud et hoc dico secundum ordinem ad obiecta. alio
quin si idem esset posse sanari et posse laborare, esset idem differ
re quo posse sanari et posse laborare, sed ratione. Sed subiectum est
unum et idem. patet ergo quod non est eadem ratio. Ubi in quantum est quoddam ens
et in quantum est potentia ad aliud. aliquin esset potentia ad aliud esse unum secundum rationem et
sicut non est idem secundum rationem et sicut color et visibile. et ideo necesse
fuit dicere quod motus est actus possibilis secundum quod possibile. ne intelligeretur
esse actus eius quod est in potentia in quantum est quoddam subiectum.

Quod quidem igitur hoc sit. Posita diffinitione motus et manifes
tata, singulis particulis diffinitionis hic autem ostendit
quod diffinitio sic bene assignata. et primo dicit per se. Secundo in directe ibi
Quod autem bene dictum sit et cetera. Ostendit primo ratione talis diffinitionis. Omne quod
est in potentia, quandoque contingit idem esse in actu. sicut edificabile in potentia quandoque aliquid
actu esse edificabilis. in quantum est edificabile, hic autem est vel domus vel edificatio.
Sed domus non est actus edificabilis in quantum est edificabile quia edificabile in quantum
huiusmodi reducitur in actum. cum edificatur. cum autem iam est domus

non edificatur. Relinquitur igitur quod edificatio sit actus edificabilis in quantum huiusmodi. edifi
catio autem quidam motus. Motus igitur est actus existentis in potentia in quantum huiusmodi
et eadem ratio est de aliis motibus. patet ergo quod motus est talis actus. quo
dam autem est actu et [illegible] modo. quando est in tali actu, tunc post. nec prius neque posterius
est in potentia enim non incipit motus, nec in perfectum est iam recedit
esse. per hoc quod sit in actu perfecto. Deinde cum dicit: Quod autem bene dictum sit.
ostendit idem indirecte diffinitionem bene esse assignatam ex hoc quod non contingit motum
aliter diffinire. et circa hoc tria facit. primo ponit quod intendit. Secundo
ponit aliorum diffinitiones de motu et reprobat eas. ibi. Manifestum
autem intendentibus. Tertio assignat causam quare alii sic diffinierunt
motum. ibi. Causa autem. Dicit ergo primo quod illud quod est motus bene est diffinitum ex
duobus. primo quidem quia diffinitiones quibus alii diffiniunt motum
sunt inconvenientes. Secundo ex hoc quod non est facile aliter diffinire eum. Dicit
quod motus non potest collocari in aliquo alio genere quam in genere actus
existentis in potentia. Deinde cum dicit: Manifestum autem. exequitur alias diffinitiones
de motu. et scilicet quod alii diffinierunt motum. dixerunt enim
motum esse alteritatem propter id quod id quod movetur semper aliud non et
aliud non scilicet. Item dixerunt motum esse inequalitatem quia id quod
movetur semper magis accedit appropinquando ad terminum. Dixerunt et
motum esse quod non est id est non ens quia id quod movetur dum movetur non est
album. Has autem diffinitiones destruit philosophus per hoc quod nihil horum ex
parte sui movetur. Si enim motus esset inequalitas vel alteritas vel
non ens, cuicumque ista inessent necessario moveretur. quod cuicumque inest
motus illud movetur. Sed nihil neque necessario movetur quia ea quae sunt altera, et ea quae
quae altera sunt. neque inequalia nec ea quae non sunt. Relinquitur igitur quod
alteritas inequalitas et non ens non est motus. Secundo ostendit idem ex
parte terminorum ad quos quia motus et mutatio non magis est in alteritate
quam in similitudine, nec magis in inequalitate quam in equalitate
nec magis in non esse quam in esse. sed generatio est mutatio ad esse et corruptio
est motus magis est alteratio quam similitudo vel inequalitas quam equalitas
vel non ens quam ens. Tertio ostendit idem ex parte terminorum a quo quia sicut
motus aliquis est ex equalitate ad inequalitatem, et quae non entis
terminorum ex oppositis terminorum. non igitur motus magis debet poni in his
generibus quam in oppositis. Deinde cum dicit: Causa autem huius. assignat
causam quare predicti antiqui motum diffinierunt et cetera. Huius duo facit.
primo assignat causam quare dictum est. Secundo assignat causam
quare supponebant in ordinatione. Dicit ergo primo quod hoc est causa quare antiqui
posuerunt motum in predictis generibus scilicet alteritate et inequalitate.
et non ente quia motus videtur esse quoddam indeterminatum et incompletum et
imperfectum. quae non habet determinatam naturam. quia indeterminata est propter
hoc videtur esse ponendum in genere privationum. sicut enim pictagoras
ponebat duas ordinationes rerum. in quarum utraque pone
bat quoddam principium. quod in ordine secunda ordinatione dicebat
indeterminata. quia sunt privatione non est determinata per formam. Unde non
per formam equalitatis non per aliquam formam specialem vel aliquam hoc
genus existentem, non per formam alicuius predicamentorum. in una
autem ordinatione ponebant pictagorici haec x. finitum, impar, unum,
dextrum, masculinum, quiescens, rectum, lumen, bonum, et angulum
equilaterum. In alia autem infinitum, par, multitudinem, sinistrum,
femininum, motum, obliquum, tenebras, malum, alteri parte longius.

3

Demum dicit Unde et cetera. Assignat causam quare motus positus inter determinata et dicit hic
causa est quoniam potest poni sub potentia neque sub actu. Sed est ponere sub potentia quod
quod esse in potentia pertinet ad quantitatem motam sed quantitativo et sic tamen
sub actu quia esse actu quod movetur sed quantitate quod movet
sed quantitate. Et quidem verum est quod motus est actus sed est actus
imperfectus medius inter potentiam et actum et quod sit actus imperfectus ex
hoc patet quia est actus est eius in potentia ut supradictum est. Et
ideo est difficile accipere quod sit motus videtur enim per aliquem quod vel
sit simpliciter actus vel simpliciter potentia vel quod contineat sub privatione sicut
antiqui posuerunt ipsum in altera sub non ente et sub inequalitate. Sed
nullum horum esse potest ut supra ostensum est. Unde relinquitur solum predicta
modo ad diffiniendum motum quod scilicet motus sit actus talis qualem
diximus scilicet existentis in potentia. Talem autem actum inventu difficile est propter permixtionem
actus et potentie. Sed tamen esse talem actum non est impossibile sed contingens.

Movetur et movens. Postquam philosophus diffinivit
motum hic ostendit quod actus sit motus utrum scilicet mobilis vel mo-
ventis et potest dici quod hic ponit duas diffinitiones motus que se habent
ad premissam ut similiter ad formalem. Et secundo ad primam et hic diffinitio
motus est actus mobilis in quantum est mobile. Hec est diffinitio concludit ex premis-
sa quia est motus est actus existentis in potentia in quantum huiusmodi existens autem in potentia in
quantum huiusmodi est mobile non autem movens quia movens in quantum huiusmodi est eius
in actu. Sed quod motus sit actus mobilis in quantum huiusmodi. Et est hic quantum
facit primo concludit quod motus est actus mobilis. Secundo quomodo se habet motus
ad movente scilicet motum autem actus et motum dubitationem ibi
hec autem deficiunt et cetera. Primo dicit scilicet primo ponit diffinitionem motus scilicet quod motus
est actus mobilis. Secundo ex hoc declarat quiddam quod potest esse dubium
ibi et dubium autem et cetera. Primo dicit scilicet primo investigat diffinitionem motus.
Secundo concludit eam ibi unde motus est manifestum et cetera. Circa autem
ad investigandam diffinitionem motus premittit quod movens attitit
et movetur et cetera. Hic dicit scilicet primo probat quod movens movetur
Secundo ostendit quomodo accidit ei moveri ibi hoc autem agere per movens
moveatur ostendit ex duobus. Primo quidem quia potentia in potentia et ceterum in actu
quidam mobile movens autem invenitur primo movens ipsum esse et
secundum movendum in actu movens genus hoc modo. Et hoc quod dicit et omne
quod movens cum ita se habeat quod quandoque sit in potentia mobile scilicet ad mo-
vendum mobile sicut declaratum est ex diffinitione dicit quod motus
est actus existentis in potentia et hoc communiter in omni movente illud vero dicit
est super quod omne movens physicum mobile. Quorum enim et cetera immobilitas
ostendit tamen alio modo. Cuiuslibet enim immobilitas est eius quies. Hic est
motus quies est et motus cum sint opposita huiusmodi esse et cetera. Sed mo-
ventis immobilitas id est cessatio a movendo dicitur quies dum est
quoddam quiescere quando cessant agere omne genus tale movens scilicet cum in
mobilitas est quies movetur. Deinde cum dicit Ad hoc autem agere ostendit
unde accidat moventi quod moveatur non enim accidit ei ex hoc
quod movet. Sed ex hoc quod movet tangendo quia movere est agere
ad hoc quod ad moveatur idem autem quod sit a movente patitur motu.
Sed hoc quod agere facit tactu sicut autem corpora tangendo agunt unde et
et patiuntur ita quod tangendo patiuntur. Sed hoc intelligendum est quando est mu-
tuus tactus scilicet et ad tangendum et tangi. Ut patet in hiis quecumque
in materia communicant utrumque ab alio quod patitur corpora autem celestia

quia non communicant in materia cum inferioribus non tangendo agunt in ea quia non patiuntur
ab eis et tangunt ut dicitur in primo de generatione. Deinde cum dicit Unde motus
ponit diffinitionem motus concludens ex dictis quod quicumque movens
moveatur primum motus non est moventis actus. Sed motus
secundum quod est mobilis et hoc in materia propter hoc quod movens accidit moveri
et non per se et per accidens ut dicitur secundum hoc modo sed quod actus eius est motus
secundum quod motus non sit actus moventis sed mobilis non quidem in quantum est
movens sed in quantum est mobile. Quod autem moveri accidat moventi
manifestum propter hoc quod supradictum est. Hic est scilicet actus mobilis quia est motus accidit
ex contactu moventis ex quo sequitur scilicet dum agit patitur
et sic moveri competit moventi per accidens quia autem non competit ei
per se manifestum propter hoc quod semper natura aliquam formam esse movens sicut formam
que est generatio transmutatione que est secundum substantiam et formam que est in genere
qualitatis in alteratione et formam que est in genere quantitatis in augmen-
to et diminutione. Hic est forma sunt causa et principia motuum
cum omne movens moveat secundum formam. Omne enim agens agit in
quantum est actu. Sicut actu homo facit ex homine in potentia hominem actu.
Unde cum unumquodque sit in actu per formam sequitur quod forma sit principium mo-
ventis et sic movere competit alicui in quantum habet formam. Et quod est in actu
unde cum motus sit actus existentis in potentia ut dictum est
sequitur quod motus non sit alicuius in quantum est movens sed in quantum est mo-
bile. In diffinitione motus est quod est actus mobilis in quantum mobile. Deinde
cum dicit Et dubitatio autem manifesta et cetera. Ex predictis solvit enim
esse dubium apud quosdam utrum motus sit in movente aut in
mobili. Sed dubium declaratur ex predictis manifestum est enim quod actus
cuiuslibet est in eo cuius est actus et sic manifestum est scilicet motus est in mobili
cum sit actus mobilis causatus tamen in eo a movente. Deinde cum dicit Motivi
autem actus ostendit quomodo se habeat motus ad movens et primo ponit
quod intendit dicens quod actus motivi non est alius ab actu mobilis. Unde dicit
motus sit actus mobilis est tamen quidam actus motivi. Quod ostendit cum dicit Oportet enim
omnium et cetera. Hic dicit scilicet primo ostendit quod movens est ad actum sicut
mobile quod est ad potentiam et actu habet actum aliquem sibi competentem.
Sed sicut in eo quod movetur dicitur mobile secundum potentiam. Ita quod potest movere
invenitur autem secundum actu in quantum actu movet. Ita ex parte motivus
motum dicitur sed potentia ipsum scilicet ipsum potest movere. Movens autem ipsum
agere id est ipsum agit actu. Ideo utrumque scilicet movens et mobile
competit pro actu. Secundo cum dicit Sed est actu ostendit quod idem sit
actus moventis et moti. Movens enim dicitur ipsum quod agit
motum autem ipsum patitur. Sed idem est quod movens agendo causat et
quod motum patiendo recipit et hoc est quod dicit quod movens est activum
mobilis id est primum actum mobilis causat quare oportet unum esse actum utriusque
scilicet moventis et moti id est est quod est a movente ut a causa agen-
te et quod est in moto ut in paciente et recipiente. Tertio cum dicit Sicut
eadem distantia ostendit hoc per exemplum eadem enim distantia duorum ad
unum et unius ad duo secundum rem. Sed differunt secundum rationem quod hoc quod in ea
primum comparatur a duobus procedendo in unum dicitur duplex et quod in
dicitur dimidium. Et similiter idem est spacium descendendo et ascendendo.
Sed secundum diversitatem ... et tamen nominatur descensio vel ascensio
et similiter est in movente et moto. Sicut autem motus sed quod procedit a mo-
vente in mobile est actus moventis sed autem quod in mobili est a movente.

et actus mobilis. ¶ Deinde cum dicit: Habet autem defectum. Movet quan-
dam dubitationem ex premissis et primo movet dubitationem. Secundo ab-
solvit, ibi: Aut non actum. Circa primum dicit quod premittit quedam ad du-
bitationem. Secundo dubitationem prosequitur, ibi: Quoniam enim utrumque. Dicit ergo primo quod id quod dic-
tum est habet defectum, id est dubitationem, rationalem, id est logicam, ad utram-
que enim partem sunt probabiles rationes. Ad hanc autem dubitationem hic
premittit quod aliquis actus est activum et aliquis est passivum. Sicut secundo dic-
tum est quod in movente et moto est aliquis actus, et actus qui est
activi vocatur actio, et actus qui est passivi vocatur passio. Et hoc
probat quia idem quod est opus et finis convenit; et actus eius et perfectio dicitur
cum opus et finis agentis sit actio, patientis autem passio,
ut patet supra. Sed quod dictum est quod actio sit actus agentis et
passio patientis. ¶ Deinde cum dicit: Quoniam enim utrumque, prosequitur du-
bitationem, et est quod cum actio et passio sint motus, utrumque est
in eodem motu; aut si actio et passio sint idem motus, aut
diversi motus. Sed si sunt diversi motus, necesse est quod vel utrum-
que eorum sint in aliquo subiecto, aut quod utrumque eorum in patiente
et moto, aut alterum eorum in agente, scilicet actio, et alterum eorum
in patiente, scilicet passio, ut dicitur. Sed quod idem quod est in patiente sit
actio et quod est in agente sit passio, hoc est quod ita loquitur non recte,
id est quod passio vocabitur actio et econverso. Et contrarium inconveniens
omittit, scilicet quod utrumque sit in agente. Sed hoc premittit quod
ostensum est quod motus est in moto. Propter quod excludit hoc inconveniens quod
motus sit in agente et utrumque in agente. Ex hiis
ergo duobus inconvenientibus que tangit procedit prosequendo, ibi: Alterum si licet,
si enim aliquis dicat quod actio est in agente et passio in
patiente, actio autem est motus quidam, ut dictum est, sequitur quod
motus est in movente. Eadem autem ratio est de omni movente. Et
sic in quolibet illorum sit motus illud moveatur, vel eadem ratio est
de movente et moto. Sic est de agente et patiente; in quo
autem est motus illud movetur. Ergo sequitur quod omne movens mo-
veatur vel ad habere motum et non moveatur. Ergo utrumque
videtur inconveniens. ¶ Deinde cum dicit: Si autem utrumque, prosequitur aliud membrum, dicens
quod si aliquis dicat quod utrumque, scilicet actio et passio,
et doctio que est ex parte docentis et doctrina que est ex parte addiscentis
differentes sint in addiscente. Sequitur duo inconvenientia,
quorum primum est quod dictum est quod actio est actus agentis. Si ergo
non est in agente sed in patiente sequitur quod proprius actus unius
quod non sit in eo cuius est actus, quod est inconveniens. Secundum quod ad unum
et idem moveatur per duos motus, actio enim et passio supponun-
tur esse duo motus, in quo autem est motus id movetur per motum illum.
Si ergo actio et passio sint in mobili sequitur mobile moveatur
duobus motibus, et hoc est idem ac si essent due alterationes
unius subiecti que tenderent ad eandem speciem. Sic quod unum subiectum mo-
vetur duabus alterationibus quod est impossibile, quia idem subiectum moveri
duabus alterationibus simul ad diversas species tendentibus, sicut de
albatione et calefactione, non est inconveniens. Inconveniens autem est quod actio
et passio ad eandem speciem tendunt; id est est quod agens agit
et patiens patitur. ¶ Deinde cum dicit: Sed unus erit actus, prosequitur
aliud membrum. Posset enim aliquis dicere quod actio et passio non sunt duo

motus sed unus. Et hoc ostendit esse duo ad quoddam inconveniens quorum primum est quod idem
sit actus diversorum secundum speciem. Dictum enim est quod actio est actus agentis
et passio actus patientis que sunt specie diversa. Si ergo actio et pas-
sio sint idem motus, sequitur quod idem actus sit diversorum secundum speciem. Secundum
inconveniens est quod actio et passio sint unus motus quando sit actio
cum passione et doctio que est ex parte docentis cum doctrina
secundum quod se tenet ex parte addiscentis. Tertium inconveniens est quod idem sit
agere et pati et docere idem est quod addiscere. Quartum tunc sequitur ex hoc quod
docens addisceret et omne agens pateretur. ¶ Deinde cum dicit:
Aut neque actum alterius, solvit premissam dubitationem et ad primum ex sic
dictis quod actio et passio non sunt duo motus sed unus et idem
motus. Sed quod est ab agente dicitur actio, sed quod autem est in patiente
dicitur passio. Unde inconvenientia que sequuntur ad primam partem in supposita
quod actio et passio essent duo motus non oportet solvere. Postea unum
quod tenet solvendo quod supponit quod actio et passio sunt unus motus,
quia cum actio sit actus agentis ut supra dictum est. Si actio et passio
sunt unus motus sequitur quod actus agentis alterius sit quamvis in
patiente et sic actus unius erit in altero. Contra inconveniens.
Sed habent ex alia parte et sic restat ad primum inconveniens sol-
vendum. Dicit ergo primo non est inconveniens actum unius esse in altero quia
doctio est actus docentis ab eo tamen in alium tendens, continue et sine
aliqua interruptione unde idem actus est huius, scilicet agentis, ut a quo, et
tamen est in patiente ut receptus in eo. Est tamen inconveniens, scilicet unius actum esse in
quo est actus eius esse in alio. ¶ Deinde cum dicit: Sed unum duorum,
solvit ad quartum inconveniens, scilicet quod idem actus esse duorum et dicit quod
nichil prohibet unum actum esse duorum, ita tamen quod non sit unus
et idem secundum rationem sed secundum rem, sicut dictum est, scilicet quemadmodum distan-
tia duorum ad invicem et unius ad alterum quia in potentia ad agens
et econverso. Sic enim idem actus per rem est duorum, sed ratione diversa,
agentis quidem secundum quod est ab eo, patientis autem secundum quod in ipso.
¶ Ad quartum autem inconveniens quod unum ex altero deducebatur, ut
in quarto inconveniens. Secundo dicit ergo et solvendo ad quartum inconveniens et dicit quod non est
necesse quod docens addiscat vel quod agens patiatur et si agere
et pati sit idem. Non tamen dicamus quod non sunt idem sic ea quorum ratio
est una, ut tunica et indumentum. Sed sic ea que sunt idem
subiecto et diversa secundum rationem, ut via ab Athenis ad Thebas et ab
Athenis ad Thebas, ut dictum est prius. Non enim oportet quod omnia eadem
sint hiis que sunt quocumque modo idem, sed solum illis que sunt idem subiecto et
eadem ratione. Et ideo dato quod agere et pati sint idem, cum sint idem ra-
tione ut dictum est, non sequitur quod quicumque docet agere quod et addiscat et patiatur.
¶ Deinde cum dicit: At non necesse, ostendit ad quartum inconveniens et dicit quod
non sequitur etiam si doctio et doctrina addiscentis essent idem
quod addiscere et docere, nam doctio et doctrina dicuntur abstracte, do-
cere et discere in concreto, unde applicantur ad termino per quos
sumitur diversitas actionis et passionis, sicut hic dicamus quod
sit idem spatium aliquorum distantium abstracte ac-
cipiendo. Si tamen applicemus ad terminos spatii, sic
cum ista distantia hic illuc aut inde hinc non sunt idem. Et unum ¶ Omni-
no dicit: Omnino autem dicere. Respondit ad primum inconveniens dicens
hec illatio quod dubitabat quod si actio et passio sint



3

unus motus. quia actio et passio sunt idem et differunt solum ratione, quod non sequitur quod actio et passio sint idem vel doctrina et doctio. Sed motus cum sit utrumque istorum sicut idem quod qui motus secundum unam rationem est actio et secundum aliam est passio. Alteri enim est secundum rationem esse actum huius ut in hoc et esse actum huius ut ab hoc. motus enim dicitur actio secundum quod est actus agentis ut ab hoc, dicitur autem passio secundum quod est actus patientis ut in hoc. Et sic patet quod simpliciter motus sit idem moventis et moti. propter hoc philosophus abstrahit ab utraque ratione cum actionem et passionem diffinit propter hoc quod has diversas rationes in sua significatione includunt. Et ex hoc patet quod cum motus abstrahat a ratione actionis et passionis non continetur in praedicamento actionis vel passionis nec in praedicamento passionis ut quidam dixerunt. Sed restat adhuc dubitatio quod si actio et passio sunt unus motus non differunt nisi secundum rationem ut dictum est, videtur quod non debeant esse duo praedicamenta. sicut generaliter si motus est vel actio vel passio non [illegible] motus in substantia et quantitate et qualitate ut supra dictum est. Sed solutio [illegible] in actione et passione ad horum evidentiam sciendum est quod ens dividitur per x praedicamenta non univoce sicut species in genere. Sed secundum diversum modum essendi. Modi autem essendi proportionales sunt modis praedicandi. Praedicando enim aliquid de aliquo dicimus hoc esse illud. unde et x genera entis dicuntur x praedicamenta. Tripliciter autem omne praedicatum. Uno enim quidem modo est cum de aliquo subiecto praedicatur id quod pertinet ad essentiam eius ut cum dico Sortes est animal vel homo est animal. Et secundum hoc accipitur praedicamentum substantie. Alio autem modo quod praedicatur de aliquo id quod non est de essentia eius tamen inheret ei. quod quidem vel se habet ex parte materie vel forme. et secundum hoc est praedicamentum quantitatis. Nam quantitas proprie consequitur materiam unde Plato posuit magnum et parvum ex parte materie aut consequitur formam et sic est praedicamentum qualitatis unde et qualitates fundantur super quantitates sicut color in superficie et figura in lineis et superficiebus. aut inest per respectum ad alterum et sic est praedicamentum relationis. Cum enim dico homo est pater non praedicatur [illegible] homini ad [illegible] sed respectus qui ei inest ad aliquid extrinsecum. Tertius autem modus praedicandi est quando aliquid extrinsecum de aliquo praedicatur per modum alicuius denominationis sicut etiam accidentia extrinseca de substantiis praedicantur. Non enim dicimus quod homo sit albedo. sed quod homo est albus denominatur ab aliquo extrinseco. Considerandum autem est quod in omnibus [illegible] talia in his que ad homines pertinent tamen. contingit enim aliquid denominari ab aliquo extrinseco vel secundum rationem cause vel secundum rationem mensure. denominatur enim aliquid causatum et mensuratum ab aliquo exteriori. Cum autem sint quattuor genera causarum duo ex his sunt partes essentie scilicet materia et forma [illegible] dicitur quod [illegible] hoc non pertinet ad praedicamentum sic ut puta si dicatur quod homo est [illegible] corporeus [illegible] causa finalis non [illegible] ab agente [illegible] finis habet rationem cause [illegible] agente remanente [illegible] causa agentis. a quo potest denominari aliquid sic ab exteriori. Sic ergo secundum quod aliquid denominatur a causa agente est praedicamentum passionis. Nam pati nihil aliud est quam suscipere aliquid ab agente. Sed ac quod e converso denominatur causa agens ab effectu est praedicamentum actionis. Nam actio est actus ab agente in alterum ut supra dictum est. Concessa autem quedam est intrinseca et quedam extrinseca. Intrinseca quidem sicut est ipsa longitudo vel linea [illegible] et latitudo vel profunditas ab his ergo denominatur aliquid. sic ab intrinseco vero pertinet ad praedicamentum quantitatis. Exteriores autem mensure sunt tempus et locus. Secundum ergo quod denominatur aliquid a tempore est praedicamentum quando. secundum autem quod denominatur a loco est praedicamentum ubi et situs quod addit super ubi ordinem partium in loco. Hoc autem non erat necessarium addi ex parte temporis cum ordo partium in ipsa ratione temporis importetur. est enim tempus numerus motus secundum prius et posterius. Sic ergo aliquid dicitur esse quando vel ubi per denominationem a tempore vel a loco. Est autem speciale in hominibus. nam aliis animalibus natura sufficienter dedit ea que ad conservationem vite pertinent ut cornua ad defendendum corium grossum et pilosum ad tegendum ungulas et huiusmodi ad incedendum sine lesione. Sic tamen talia animalia dicuntur armata vel quodammodo vestita vel calceata non denominantur ab aliquo extrinseco sed ab aliquibus suis partibus. unde hec referuntur in hiis ad praedicamentum substantie ut puta si diceretur quod homo est manuatus vel pedatus. Sed huiusmodi non potuit homini a natura dari. tum quia non conveniebant subtilitati complexionis eius tum propter multiformitatem operum que competunt homini [illegible] quibus [illegible] determinata instrumenta accommodari non poterant a natura. Sed loco omnium est homini ratio qua exteriora sibi preparat loco horum que aliis animalibus intrinseca sunt. unde cum homo dicitur armatus vel vestitus vel calceatus denominatur ab aliquo extrinseco quod non habet rationem neque cause neque mensure. unde est speciale praedicamentum et dicitur habitus. Sed attendendum est quod aliis animalibus hoc praedicamentum attribuitur non secundum quod in sua natura considerantur. sed secundum quod in usum hominis veniunt ut si dicatur equus falleratus vel sellatus aut armatus. Sic ergo patet quod licet motus sit unus tamen praedicamenta que sumuntur secundum motum sunt duo. secundum quod a diversis rebus exterioribus fiunt praedicabiles denominationes. Nam alia res est agens a qua sicut ab exteriori sumitur per modum denominationis praedicamentum passionis et alia res est patiens a qua denominatur agens. et sic patet solutio praecedentis dubitationis. Secunda autem dubitatio de finali solutione. Nam cum motus complet non solum per id quod est de motu in rerum natura. Sed etiam per id quod ratio apprehendit [illegible] quod actus imperfectus quasi inchoatio quedam actus perfecti in eo quod movetur. sicut in eo quod dealbatur iam incipit esse aliquid albedinis. Sed ad hoc quod [illegible] motus requiritur ulterius quod intelligamus quasi medium inter duo quorum primum comparatur ad ipsum sicut potentia ad actum unde motus dicitur actus. non autem comparatur ad ipsum sicut perfectum ad imperfectum vel actus ad potentiam [illegible] actus existentis in potentia ut dictum est supra. unde quodcumque imperfectum accipiatur ut in aliquid perfectum tendens erit eius motus. [illegible] motus. Sed quod aliquid moveat ut si incipiat dealbari et statim alteratio interrumpatur. Secundum ergo id quod in re natura est de motu motus ponitur per reductionem in illo genere quod terminat motum sicut imperfectum reducitur ad perfectum ut supra dictum est. Sed quantum ad id quod ratio apprehendit circa motum scilicet esse medium quoddam inter duos terminos, sic iam implicatur ratio cause et effectus. Nam reducitur aliquid de potentia in actum non est nisi ab aliqua causa agente. et secundum hoc motus pertinet ad praedicamentum actionis et passionis. Hec enim duo praedicamenta accipiuntur secundum rationem cause agentis et effectus ut dictum est. Deinde cum dicit. Quamque quidem diffinitum

.I.

motum imperfecti. Et dicit quod declaratum est quod sit motus in actu et in potentia. Et ex hoc quod declaratum est de diffinitione motus in alio esse patet quid diffinitio potentie. Sed quod motus est actus mobilis, sed quod hic est quod alteratio sit motus alterabilis, sed quod hic est sic de aliis. Et quia potentia sunt in duobus, verum motus sit actus moventis vel mobilis et consequens est quod actus activi et ab hoc et passivi ut hic ad tollendum omnes dubitationes. Notandum est dicimus quod motus est actus per actum et passivum. Et sic in potentia dicendum est quod edificatio est actus edificativi et edificabilis in quantum huiusmodi et sic est de medicatione et de aliis motibus.

Quoniam autem naturam. Postquam philosophus determinavit de motu, hic incipit determinare de infinito. Et primo ostendit quod ad scientiam naturalem pertinet determinare de infinito. Secundo incipit determinare ibi: Esse autem ad infinitum. Primo ostendit quod ad scientiam naturalem pertinet considerare de infinito. Secundo ponit opiniones antiquorum philosophorum de infinito ibi: Et omnes sic. Primo ostendit per rationem et signum. Talis est ratio. Scientia naturalis consistit circa magnitudinem, motum et tempus. Sed necesse est finitum aut infinitum in hiis inveniri. Omnis enim magnitudo vel locus vel tempus sub altero horum continetur vel sub finito vel sub infinito. Ergo ad naturalem philosophum pertinet considerare de infinito an sit et quid sit. Sed quia posset aliquis dicere quod considerare de infinito pertinet ad philosophum primum ratione sue communitatis, ad hoc excludendum interponit quod non omne ens oportet esse finitum vel infinitum, sicut punctum et passio et passibilis qualitas sub nullo horum continetur. Ergo [illegible] pertinet ad considerationem philosophi primi. Consequenter [illegible] ad genus entis. Deinde cum dicit Signum autem. Ostendit idem per signum acceptum a consideratione philosophorum naturalium. Omnes enim qui [illegible] tractaverunt huius philosophie scilicet naturalis fecerunt mentionem de infinito. Ex quo colligitur probabiliter ab auctoritate sapientum quod ad naturalem philosophum pertinet determinare de infinito. Deinde cum dicit Et omnes. Sic ponit opiniones antiquorum de infinito. Primo ostendit in quo conveniebant. Secundo in quo differebant ibi: Praeter Pictagoras. Primo ostendit in quo conveniebant Pictagoras et Plato; secundo in quo differebant ibi: Sed hi quidem ad Pictagoras. Dicit ergo primo quod omnes philosophi posuerunt infinitum esse sicut quoddam principium entium. Sed hii primi fuerunt Pictagorici et Plato qui ponebant infinitum non esse accidens alicui nec alteri sed per se ens. Et hoc competebat eorum opinioni quia ponebant numeros et quantitates esse substantias rerum. Infinitum autem est [illegible] infinitum per se entia ponebant. Deinde cum dicit Praeter Pictagoras. Ostendit in quo differebant Plato et Pictagoras. Et primo quantum ad principatorum infiniti. Secundo quantum ad radicem ipsius ibi: Et hii quidem infinitum esse. Quantum ad principatorum infiniti in duobus differebant Pictagoras et Plato. Pictagoras non ponebat infinitum nisi in sensibilibus. Cum enim infinitum competat quantitati per se et quantitas est numerus, Pittagorici non ponebant numerum separatum a sensibilibus. Sed dicebant numerum esse substantiam sensibilium et per consequens infinitum non erat nisi in sensibilibus. Et Pictagoras considerabat quod sensibilia que sunt infra celum sunt conclusa celo, unde in eis non potest esse infinitum. Propter hoc ponebat infinitum esse in sensibilibus extra celum. Sed Plato econtrario ponebat quod nichil est extra celum nec est, dicebat, extra ab eo esse aliquod corpus sensibile quia celum dicebat esse continens omnia sensibilia [illegible] nec in ydeis id est speciebus. Et ideo ponebat esse separatum dicebat. Esse extra celum quia motus et extra signum locus, ydee non sunt ipsum non sunt in aliquo loco, quia locus continet. Sed dicebat Plato quod infinitum non solum est in rebus sensibilibus sed in illis, id est in ydeis separatis, quia in ipsis numerus separatus est ad formale ut unitas et ad materiale ut duo ex quibus omnis numerus componitur.

Deinde cum dicit Et hii quidem. Ostendit differentiam eorum quantum ad radicem infiniti. Et dicit quod Pictagoras attribuebat infinitum numero radicali scilicet numero pari et hoc manifestabat duplici ratione. Prima ratio est quia id quod concluditur ab aliquo et per aliud determinatur habet rationem infiniti. Quod autem concludit et determinat habet rationem termini. Par autem numerus comprehenditur et concluditur sub impari. Sed [illegible] aliquis numerus par undique dividitur. Cum vero additur unitas ad imparem numerum reducitur. Et quia [illegible] consequitur ac si par sub impari constringatur. Unde manifestum quod par sit per se infinitum et causa est in aliis infinitatis. Secunda ratio per signum ad cuius evidentiam sciendum est quod in geometria gnomo dicitur quadratum superadditum quod constituitur cum duobus supplementis. Hic gnomo occupat quadrato consimilis. Ex huius similitudine in numeris gnomones dici possunt numeri qui aliquibus numeris adduntur. Est autem observandum quod si aliquis accipiat numeros impares secundum ordinem progressionis, incipiens ab unitate, quadratum invenitur, quia unitas quadratum est. Si ternarius addatur unitati quaternarium constituet quadratum, qui est numerus quadratus, quia bis duo sunt quatuor. Sicut huic secundo quadrato addatur secundus impar scilicet quinarius consurgit novenarius qui est quadratum ternarii, quia ter tria sunt novem. Si huic tertio quadrato addatur tertius impar scilicet septenarius consurgit xvi qui est quadratum quaternarii et sic semper per ordinatam additionem numerorum imparium resultat eadem forma in numeris scilicet quadrati. Per additionem autem parium semper resultat diversa figura. Si enim primus par scilicet duo addatur unitati consurgit ternarius qui est figura triangularis. Si autem huic addatur secundus scilicet quaternarius consurgit septenarius qui est figura eptagone. Et sic semper variatur figura numerorum ex additione parium. Et hoc videtur esse signum quod uniformitas pertinet ad numerum imparem, difformitas autem et variabilitas et infinitas pertinet ad numerum parem. Et hoc est quod dicit Signum autem huius, scilicet quod infinitum consequitur numerum parem, est hoc quod accidit in numeris. Circumpositis enim gnomonibus, id est numeris additis circa unum, id est circa unitatem, et extra, id est circa alios numeros, aliam quidem fit aliam speciem semper numeri, scilicet per additionem numeri paris, aliam autem fit unam speciem, scilicet per additionem numeri imparis. Et sic patet quare Pictagoras attribuit pari infinitatem. Plato autem attribuebat duabus radicibus, scilicet magno et parvo. Hec duo secundum ipsum sunt ex parte materie cui competit infinitas.

Deinde cum dicit Physici autem. Ponit opiniones naturalium philosophorum de infinito. Dicit ergo quod omnes naturales philosophi qui naturalia tractaverunt dixerunt infinitum non esse per se sicut Plato et Pictagoras dicunt sed posuerunt infinitum esse accidens alicui nature supposite. Quidam igitur posuerunt unum principium tantum naturale et hoc corpus medium eorum que dicuntur elementa sive aer sive aqua sive medium.

3

dixerunt esse infinitum. Qui vero fecerunt pauca elementa sed finita [illegible]
sed innumerabilia illorum posuit quod elementa essent infinita secundum quantitatem quod
solum [illegible] infinitum repleret totum mundum et ideo non haberet locum [illegible]
distincte elementorum [illegible] videbantur infinita [illegible] corpora sed illi qui fe-
cerunt infinita elementa sed numero dixerunt ex omnibus illis infinitis. Figura
infinita [illegible] et hii fuerunt anaxagoras et democritus quorum rationibus dif-
ferebant [illegible] multitudinem principiorum infinitorum. Nam anaxagoras po-
suit illa principia infinita esse infinitas partes similes. Democritus autem
[illegible] et hii democritus qui posuit hec infinita principia esse indivisi-
bilia corpora [illegible] sed figuris [illegible] dicebat esse seminarium totius na-
ture alia dicit [illegible] ad similitudinem horum principiorum infinitorum [illegible]
Anaxagoras dicebat quod quelibet particula infinitorum esset [illegible]
ta [illegible] in quibus [illegible] esset [illegible] et [illegible] aliis
Et ideo quia videt quod quilibet fit ex quolibet [illegible] videtur [illegible]
firmare quod aliquando omnes res erant [illegible] ad invicem et non
erat distinctum ab aliquo. Sic [illegible] et [illegible] omnes [illegible]
[illegible] ad invicem quod [illegible] ad invicem et sic [illegible]
quolibet alio. Omnia igitur aliquando fuerunt simul. Est enim [illegible]
principii disgregationis non solum in aliquo uno sed in omnibus
[illegible] quod sic probabat quod cum sit [illegible] et [illegible]
[illegible] segregatur ab eo sed [illegible] oportet unum principium
[illegible] non solum [illegible] et [illegible] principium vocavit in-
tellectum cuius solum est [illegible] et segregare [illegible] distinguere [illegible]
[illegible] quod [illegible] fit per intellectum. Videtur [illegible]
principii quod intellectus [illegible] principii [illegible] segregatio
fit ab intellectu [illegible] segregatio habeat [illegible] principium [illegible]
[illegible] alia omnia simul fuerunt [illegible] motus quo segregatur res ab [illegible]
[illegible] incipit cum prius non fuit. Sic ergo anaxagoras posuit unum principium
[illegible] Sed democritus [illegible] unum principium non fit ex alio sed [illegible]
[illegible] corpus [illegible] omnibus [illegible] indivisibilibus corporibus differens [illegible]
partes et figuras [illegible] principium omnium [illegible] magnitudine [illegible]
ponebat [illegible] omnes magnitudines in [illegible] et sic [illegible]
[illegible] ad [illegible] partem [illegible] de infinito. Omnes dicto.
[illegible] ponit [illegible] in quibus antiqui physici concordabant
esse infinitum. Quorum primum est quod omnes [illegible] posuerunt infinitum
esse principium [illegible] probabiliter [illegible] infinitum
quod sit frustra [illegible] habeat aliquam [illegible] entibus nec
[illegible] aliam [illegible] principium [illegible] in modo [illegible] principium [illegible]
[illegible] ex principiis. Infinito autem non [illegible] principium quod [illegible]
principium habet finem [illegible] quod infinitum sit principium sed [illegible]
[illegible] in hac [illegible] principium et finem [illegible]
habet principium [illegible] finito [illegible] repugnat principium et finis [illegible]
vel magnitudinis. Secundo [illegible] quod attribuunt infinito [illegible]
[illegible] in [illegible] ex eo [illegible] principium. Omne enim quod fit
necesse est quod accipiat finem [illegible] principium [illegible]
finis. Finis autem repugnat infinito [illegible]
repugnat infinito et sic [illegible] non est principium infiniti. Sed magis infinitum
est principium aliorum [illegible] sumit principium et finem sicut supra.
Tertium quod attribuunt infinito est quod continet et gubernat omnia.
[illegible] esse primum principium et hoc [illegible] non ponunt

[illegible] quod dixerunt infinitum. Alias causas [illegible] agentes ut intellectus
posuit anaxagoras [illegible] et gubernare [illegible]
ad principium agens quod ad [illegible]. Quartum quod infinito attribuebant
quod esset quoddam divinum. Omne enim quod est immortale [illegible] corpus [illegible]
divinum appellabant. Hoc posuit anaxagoras et plures antiquorum physicorum
[illegible]

Esse autem infinitum et cetera. Positis opinionibus antiquorum
de infinito hic incipit inquirere veritatem et primo obicit
ad utramque partem. Secundo solvit. Quod enim [illegible] principium [illegible]
[illegible] ponit rationes ad ostendendum quod infinitum sit. Secundo ad ostendendum
quod non sit ibi [illegible] dubitationes [illegible] quarum prima sumitur ex tempore
quod [illegible] opinionem antiquorum esse infinitum [illegible] 1
scilicet a, et quod movetur ab a. Unde accidit est quod Aristoteles excludendo hos duos modos intendit concludere quod primum movens in motis se ipsum sit immobile. Non autem quod movens se ipsum dividatur in duas partes quarum una sit movens et altera sit mota. Hoc enim sufficeret conclusum esse per id quod primo ostendit quod totum non movet se ipsum totum, et sic patet quod non fuit necesse Aristoteli inducere dictum genus membrorum, ut quidam dixerunt, quarum unum membrum sit quod totum movet totum vel quod totum movet partem. Tamen quia primum totum movet quantum quod due partes invicem se moveant, quantum quod una pars sit movens et altera mota. Si enim totum non movet totum, per eandem rationem sequitur quod totum non movet partem nec pars totum, quia utrobique sequitur quod aliqua pars totius movet se ipsum. Unde hoc quod totum non movet totum sufficiat ad concludendum quod una pars sit movens et altera mota. Et ad concludendum quod pars movens non moveatur a mota et quod non moveatur a se ipsa. Et ad hoc facit probandum inducit, vero id est *Amplius si*. Quare talis est si dicetur quod pars movens moveatur a se ipsum, totum se ipsum movetur, sequitur per supra probata quod ipsius partes invicem una pars movet et altera movetur. Iam enim ostensum est quod totum non movet se ipsum. Aliter non plus quod una pars eius movet et altera movetur. Sit ergo pars movens motus se ipsum a.b. Pro ergo primitus sequitur quod una pars eius sit movens scilicet a. et altera mota scilicet b. Si igitur a.b. movetur totum se toto ut posuit, sequitur quod id maneat ad nobis motum scilicet a tamen quod est a.b. et a parte quod est a, quod est impossibile. Relinquitur ergo quod pars movens immobiliter se ipsum est omnino immobilis.

Quoniam autem movetur et cetera. Postquam philosophus ostendit quod movens se ipsum dividitur in duo, quarum una movet et non movetur, altera autem movetur, hic ostendit quomodo hee partes se habeant ad invicem. Et circa hoc tria facit. Primo proponit quod intendit. Secundo ostendit propositum ibi *Quoniam autem videtur*. Tertio concludit conclusionem principalem intentam ex omnibus premissis ibi *Necesse erat igitur ex hiis*. Dicit ergo quod cum movens dividatur in duo, quarum unum movetur ab alio, aliud vero movens est immobile, et ulterius mobile dividitur in duo, tamen quoddam mobile quod movetur, quoddam vero mobile quod nil movet, oportet dicere quod movens componitur ex duabus partibus quarum una sit movens et non sit immobilis, alia vero sic moveatur quod non moveat. Quod autem dicitur ex necessitate duplex potest intelligi. Quia si intelligatur quod pars mota movetur se ipsum non movetur, ad quod sit pars motus se ipsum, sic legenda est littera quod necessario maneat ad futura, cadens super hoc quod dicitur non movetur; probabiliter enim illud impossibile est quod id quod primum movet se ipsum sit tantum pars quam mota a parte mota. Si vero intelligatur quod pars mota movetur ab extrinseco, ~~non enim est impossibile~~ sic hoc quod dicitur ex necessitate cadit super negationem. Non enim est de necessitate motus se ipsum quod pars eius mota movetur ab extrinseco, licet tamen est impossibile. Qualiter autem coniungatur ostendit Contingit enim dicitur *Sit enim a.* et cetera. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit propositum. Secundo solvit quandam dubitationem ibi *Dubitationem autem habet*. Circa primum duo facit. Primo ostendit qualiter partes motus se ipsum se habeant ad invicem. Secundo qualiter se casus totum dicitur se ipsum movere ibi *Si igitur quantum*. Circa primum duo facit. Primo ostendit quod in motis se ipsum sunt sole due partes, quarum una movet et non movetur, alia movetur et non movet. Secundo quomodo hee due partes ad invicem coniungantur ibi *Contacta autem utrumque*. Primo ostendit sic. Videatur quod pars mota motus se ipsum immobile aliquid addat quod sit pars eiusdem motus se ipsum. Sit ergo primo pars motus se ipsum a. quod sit movens immobile. Secunda vero pars sit b. quod moveatur ab a. et moveat tertiam partem quod est c. quod sic moveatur a b. Quod tamen non movet ad mobile quod sit motus pars se ipsum, non enim per dicta quod fiat de sensibus in infinitum in partibus motus se ipsum. Si quod pars mota ulterius movet aliam quod sic movens se ipsum, erit infinitum, quod est impossibile ut supra ostensum est. Erit ergo aliqua pars motus se ipsum quod est mota non movens. Quod dicitur enim et hoc contingat per multa media que sint mota et mota per naturam in ultimum motum quod dicitur tercia prima loco omnium multorum unum medium quod sit b. Sic ergo hoc totum quod est a b c movet se ipsum. Aliquo toto si auferatur hec pars quod est c. adhuc ipsum a b movebit se ipsum, quia una pars eius est movens scilicet a. et altera mutata scilicet b, quod requirebatur ad hoc quod aliquid sit movens se ipsum ut supra ostensum est. Sed c. non movebit se ipsum nec aliquam aliam partem scilicet supraposita. Similiter et b c sine a, quia b non movet nisi in quantum movetur ab a. quod est a, quod non est pars eius. Relinquitur ergo quod solum a.b. movetur se ipsum primo et per se. Unde necesse est quod movens se ipsum habeat duas partes quarum una sit movens immobile, alia vero sit mota, quod necesse est [illegible] movet quod sit motus se ipsum. Hoc enim conclusum est per premissa tamen ut nichil movens ex necessitate, quia non est de necessitate motus se ipsum quod pars mota moveatur aliquid ad extrinsecum. Deinde cum dicit *Contacta autem utrumque*, ostendit quomodo hee due partes se habeant ad invicem. Ubi considerandum est quod Aristoteles nondum probavit quod movens non habeat aliquam magnitudinem, quod infra patebit. Quidam autem antiqui philosophi posuerunt nullam substantiam absque magnitudine, et ideo Aristoteles autem probat hoc absque dubio secundum consuetudinem derelinquens. Dicit quod due partes motus se ipsum, quarum una est movens et altera mota, necesse est aliquo coniungi, quod sint partes unius totius, non autem per contactum, quia super duas quod movens se ipsum et motum non possunt coniungi. Sed necesse est eas dividi unum reliquum. Quod oportet has duas partes coniungi per contactum, aut in quantum ambe partes contingant se invicem, si ambe partes habeant magnitudinem, aut in quantum altera pars tantum contingitur ab altera et non econverso, quod erit si movens non habeat magnitudinem. Quod enim est incorporeum potest contingere corpus sua virtute movendo ipsum, non autem contingitur a corpore. Duo autem corpora se invicem tangunt. Deinde cum dicit *Si igitur continuum*, ostendit qua ratione dicatur movens se ipsum una parte movente et altera mota. Et supponamus quod ad presens quod utraque pars sit continua, id est magnitudinem habens. Quia de eo quod ipsum totum compositum ex duabus partibus attribuuntur scilicet movere et moveri et movere se ipsum, et sic quod est movere se ipsum movetur in toto probatum est quod est ad continuum et accipiatur uno [illegible] hac igitur supponere secundum ipsi toto composito ex duobus tria attribuuntur, scilicet movere et moveri et movere se ipsum. Et hoc quod est movere se ipsum attribuitur enim non propter hoc quod aliqua pars eius movet se ipsam, sed ipsum se ipsum movet. Sed hoc quod est movere et moveri attribuuntur toti ratione partis. Non enim totum movet nec totum movetur, sed movet una pars eius scilicet a., reliqua vero pars eius solum movetur scilicet b. Iam enim ostensum est quod non est aliqua tertia pars ut c. quod movetur ab ipso b. Impossibile non est hoc si accipiatur id quod primo movet se ipsum, sicut supra ostensum est. Deinde cum dicit *Dubitationem autem habet*, movet quidam

dubio. Cum premissa et prius motor eam solvit. i. Et post quam hoc autem
dubio hic ortum ex hoc quod superius probavit quod ipsum movens se ipsum
non sit nisi due partes quarum una movens et alia mota. quia si sint tria
et ea remota potest ex duabus primis movens se ipsum. Ex
hoc sequitur dubium tale. ponamus quod primum movens se ipsum quod est movens
immobile ut a. sit quedam gravitas de parte autem que movetur sit b. manifestum est
quod est grave. ad formam prius probata. Dicamus autem grave est divisibile. Et tunc queritur du-
bium si auferatur aliqua pars eius ab a. et ab b. utrum reliquum primum
movens ... moveatur. quia si reliquum primum movens ... moveatur ad
hoc residua pars de a b. movebit se ipsum et sic a.b. non primo
movebat se ipsum. et sic sequitur ultimo quod nullum erit primum movens
se ipsum. Deinde cum dicit Et post quod. solvit predictum dubium. non considerando
de eo quod alias prius probavit quod in motu non est ad primum ex
parte mobilis nec ex parte temporis nec ex parte rei in qua est motus preter
in augmento et motu locali. et hoc ideo quia modo cum loquebatur de mo-
tu et mobili in generali fuit quod est quedam gravitas non applicando ad determina-
tas naturas. et fuit hoc sequeretur quod non esset aliquod primum motum. et per consequens nec
aliquod primum movens. si movens sit grave ... non esset ad primum movens
se ipsum. Sed nunc iam autem loquitur de motu applicando ad determinatas
naturas. et ideo ponit ad esse primum movens se ipsum. et solvit premissa
dubia sic. quod vel pluribus esse divisibile tempore. ex eo quod sunt gravia sunt mo-
ventia et mota ... sunt gravia ... ad ... alterum ... sed quod
movens quod necesse est esse gravia sed impossibile est quod ad gravia sunt sit
movens sine motu habeat tale naturam. ut non possit dividi actu
sicut patet de corpore solis. et si gratia quod ad gravia dividatur non retinebit
eandem potentiam ad hoc quod moveatur ut moveatur quod prius habebat. quia
post sequitur aliqua forma. forma autem naturalis requirit quantitatem determinatam
si sit corpus incorruptibile dividi non potest nisi per tactum. Si autem sit corruptibile si divi-
datur tactu non retinebit eandem potentiam sicut patet in corde vel in
aliis pluribus in quibus sunt divisibilia tempore et numero prius. Deinde cum dicit
Manifestum igitur ex hiis etc. Infert conclusionem principaliter intentam ex omnibus premissis
et dicit quod manifestum est ex premissis quod necesse est ponere primum movens immobile
cui etiam non precedat infinitum in motoribus. et movens ab a. si necesse
sit stare ad aliquod primum quod sit immobile ut movens se ipsum sive
motoribus et mota stetur ad aliquod primum immobile sive ad aliquod primum quod moveat
se ipsum utrobique accidit quod primum movens sit immobile. quia prius hoc quod movet
se ipsum una pars est movens immobile ut nunc ostensum est.

Quoniam autem oportet semper motum esse etc. postquam philosophus ostendit quod in
hiis que moventur ab alio non est procedere in infinitum sed de-
venire ad aliquod primum movens quod est immobile vel movens se ipsum et ostendit
ulterius quod movens se ipsum una pars est movens immobile et sic in
utroque accidit quod primum movens sit immobile. quia tamen immobilium quedam sunt
apud nos sicut anime (brutorum scilicet) corruptibilium quare quod primum movens immobile se ipsum
sit corruptibile et movens perpetuus sicut anima. Vult ergo hic ostendere quod primum
movens est incorruptibile et non movens per se nec per accidens. et circa hoc duo fa-
cit. primo proponit quod intendit secundo probat. ibi Si autem si aliquid. Circa primum duo
facit primo resumit ea que superius ostensa sunt. secundo premittit quedam que
videbatur posse valere ad propositum. ibi Quoniam autem oportet esse. Dicit ergo
primo quod superius ostensum est quod motus semper est et nunquam deficiet. et quia omnis
motor est ab alio motore immobili autem non est procedere in infinitum

necesse est esse aliquod primum movens. et quia non dum probavit est quod ipsum primum
movens sit unum vel multa sub dubio derelinquit utrum sit unum vel pla-
res. ulterius ostensum est quod primum movens est immobile sive (statim) alterando de mo-
tus ad motoria pertinentia ad primum immobile ~~tamen~~ sive pertinentia ad
primum immobile. Sunt autem quidam ponentes quod omnia principia motoria in hiis
que movent se ipsa sit perpetua. posuit enim omnes animas ani-
malium esse perpetuas. et si ita esset hec opinio. salvaretur auctoritas hic inter
positum quod ad hoc quod primum movens sit perpetuum. sed opinio autem ... quod
de principiis autem sola intellectus sit incorruptibilis et cum tamen et alie partes sit
motores et ideo hoc quod primum mittit dicens quod ad rationem quod primum manifestum
hec ... unumquodque primum quod movet et sit in-
mobile sit perpetuum. quamvis hec aliqua posuerit ponentes omnes
animas incorruptibiles. et dicit hoc non esse ad presentem rationem. quia hoc non libro potest
habebit propositum. Deinde cum dicit Quod autem necesse. exponit quod intendit
probare. et dicit quod considerando ea que consecuntur natura esse patet quod si necesse
omne movens immobile sit perpetuum necesse est tamen esse aliquod immobile
in quo nullo modo ab extrinseco moveatur vel simpliciter non per accidens
et tamen sit motum aliud. dicit autem ab omni extrinseca mutatione
non intendens excludere motum sive operationem que est in operante sicut
intelligere dicitur motus. et sic appetitus movetur ab appetibili hic enim motus
non excluditur a primo motore de quo intendit. Deinde cum dicit Si autem
si aliquid. probat quod dixerat scilicet quod sit aliquod primum movens perpetuum et
perpetuus immobile et primo probat hoc per motores quorum quidam movent quidam
non movent secundo per motum. ibi Et iterum considerantibus etc. primum tamen facit
primo ostendit quod oportet esse aliquod primum movens perpetuum secundo quod tale movens
magis debet esse unum quam plura. ibi Unum autem et magis etc. circa
... sit quod est unum primum movens et perpetuum. ibi Magis igitur
Circa primum duo facit primo excludit quandam rationem per quam aliquis possi-
met ad probandum propositum secundo procedit ad propositum ostendendum. ibi Manifestum
etc. Possibile est aliquis sic procedere quod omne quod non primum quandoque
et quandoque non esse est perpetuum sed primum movens cum sit immobile ut
ostensum est non primum quandoque esse et quandoque non esse quia quod quandoque est et quandoque non
generatur et corrumpitur quod autem generatur et corrumpitur movetur. ergo primum
movens est perpetuum. Hic autem de hac ratione non curat quia
primo aliquis dicere sicut videtur quod in quibusdam ... quod quandoque sunt et quandoque
non sunt absque hoc quod generentur et corrumpantur. per se loquendo
et per consequens absque hoc quod per se moveantur. necesse est etiam quod si
aliquod impartibile quod scilicet non sit compositum ex materia et forma quandoque sit
et quandoque non est. quod omne tale sine mutatione sui quandoque sit et
quandoque non sit. sicut patet dicta de puncto. et de albedine. et de aliis
hiis. Ostensum est enim superius in sexto quod omne quod movetur est partibile et
quod invenitur. quod omne quod generatur est compositum ex materia et forma et hec
quod impartibilia per se quod non generantur nec mutantur. sed per accidens quod
... mutantis aliquid. ex quo est patet quod si ad impartibilem per
accidens movetur quod non est perpetuum et sic perpetuum nec per se
per accidens movetur. fiat hoc quod est perpetuum. Sic ergo concedit et quandoque
esse quod ad quandoque sit et quandoque non sit absque hoc quod generetur et cor-
rumpatur. et etiam hoc concedatur et quandoque esse quod quedam principia
motoria sed immobilia in tamen quod possunt moveri per accidens quandoque
sint et quandoque non sint. nec quantum possibile est omnia principia motoria

.l.

et immobilia talia et quod quedam sint et quedam non sint. Deinde cum dicit *Manifestum est* ostendit propositum et dicit quod si quedam moventia se ipsa quedam sunt et quedam non sunt, necesse est quod sit aliqua causa generationis et corruptionis ipsorum, quia quedam sunt et quedam non sunt. Quia omne quod movetur habet causam sui motus. Quod autem quedam est et quedam non est, si sit per modum generationis et corruptionis. Movens autem se ipsum necesse est quod habeat magnitudinem et continuum, et ostensum est in sexto quod nullum impartibile movetur. Sed ex dictis non oportet hoc quod sit necessarium movens habere magnitudinem, et sic non movetur per se si quedam sint et quedam non sint. Oportet ergo generationis et corruptionis eorum que movent se causam esse causam quod hoc sit aliqua causa per quam generatio et corruptio perpetue continuantur. Non autem per dicta quod hec generationis causa sit aliquid illorum immobilium que non semper sunt, immo et per dicta quod sempiterne generationis et corruptionis quorundam moventium se ipsa sit causa quedam moventia et mobilia que non semper sunt et aliorum alia. Et hec exponit libro de celo quod hec generatio et sempiterne generationis non potest esse causa nec unum ipsorum nec omnia, et quod unum non potest esse causa sic ostendit quia id quod non est semper non potest esse causa eius quod est semper perpetuum et ex necessitate. Quod autem omnia non possunt esse causa ostendit per hoc quod omnia hec principia corruptibilia, si generationes eorum sint infinita et non sit simul. Impossibile est autem unum effectum dependere ex infinitis causis et unam causam que non semper sit non posse esse causam aliam sed possit esse quod eorum que non sunt semper quedam disponantur et quedam causentur ut patet in guttis successive cadentibus que cavant lapidem et extollunt. Si ergo aliqua multa sunt diversa causa aliud oportet quod sit semper. Deinde autem manifestum est quod sint mille milia principia moventia et mobilia et sint et multa moventia se ipsa quorum quedam corrumpantur et alia generentur et sic ultra quedam sunt moventia quedam moventia nullo modo oportet esse aliquid super omnia quod sua virtute continet omnia que producunt et generant et corrumpunt, quod quidem sit causa continue mutationis ipsorum, propter quam quedam sunt et quedam non sunt et propter hoc sunt causa generationis et motus horum et hec aliis, quia omne generans est causa generationis generato. Et tunc generantia et corruptibilia habent quod sit causa generationis ab alio primo incorruptibili. Si igitur motor primus per quod quedam sunt et quedam non sunt est perpetuus, ut supra ostensum est, et effectus perpetuus non potest esse nisi a causa perpetua, necesse est quod primum movens sit perpetuum, si est unum, et si sunt plura, primum movens quod et illa plura sint perpetua. Deinde cum dicit *Unum autem magis* ostendit quod magis debeat poni unum principium perpetuum quam multa et dicit quod similiter oportet estimare quod sit unum primum quam plura. Sicut eadem accidant ut consequuntur inconvenientia ex positione finitorum principiorum que ex positione infinitorum magis est accipiendum, id est quod est melius si sit possibile, quia ea que sunt secundum naturam sunt optime disposita. Melius autem est esse finitum principium quam infinitum et unum quam multa. Sufficit autem ad eandem perpetuitatem motus quod sit unum primum principium immobile si sit perpetuum. Igitur sunt ponenda plura. Deinde cum dicit *Manifestum autem ex his* concludit ex predictis quod necesse est esse aliquod unum primum movens et perpetuum et continuus(?) hoc ex supradictis sepe probatum sufficienter videatur. Possibile tamen aliquis colligere non se dicere quod causa generationis generatorum

[margin: et existit de... non ... infinita quam infinitorum]

est aliquod primum movens se ipsum perpetuum. Sed motor illius motus se ipsum non est perpetuus et unus, sed motus ad diversos motores quorum quedam corrumpuntur et quedam generantur. Sed hoc intendit excludere quia si motus est perpetuus ut supra probatum est, necesse est quod motor primus movens se ipsum quod ponitur causa totius perpetuitatis motus sit sempiternus et continuus. Si enim non esset continuus non esset sempiternus. Sed quod continuum est necesse est quod sit unus. Ad hoc autem quod motus sit continuus necesse est quod sit unus. Ad hoc autem quod sit unus necesse est quod sit ab uno motore et unum mobile. Si vero sit aliud et aliud movens non erit totus motus continuus sed consequenter se habens. Necesse est ergo omnino quod primum movens sit unum et perpetuum. Movens autem et immobile quod movet per accidens non est perpetuum ut supra dictum est et relictum. Igitur quod primum movens sit omnino immobile.

E[st] et per se et per accidens

Ultimo considerans et ponit post quod philosophus ostendit quod primum movens est perpetuum et omnino immobile ratione sumpta ex perpetuitate generationis et corruptionis aliorum que movent se ipsa, hic intendit idem ostendere ratione sumpta ex principiis mobilium. Et circa hoc tria facit. Primo premittit causam quamdam sumptam apud hec tractatum. Secundo ex principiis accipit rationem ad propositum, ibi, *Ex quibus est scire*. Tertio concludit solutionem dubitationis cuiusdam supra mote, ibi, *Manifestum igitur fiunt et cetera*. Prima facit. Primo resumit dictum quoddam improbabilium ponentium et dicit quod non solum ex principiis potest scire quod est solum primum movens immobile, sed etiam considerando principium motus et sic supra dictum est, manifestum est quod in rebus naturalibus inveniuntur quedam que aliquando moventur aliquando quiescunt. Et ex hoc manifestum est supra quod nulla trium positionum est vera, nec illa que dicit quod omnia moventur semper, nec illa que dicit quod omnia quiescunt semper, et omnia que moventur moventur semper. Hec enim rei veritate demonstrat illa que libenter inveniuntur secundum motum et quietem dum habent potentiam ut quedam moveantur et quedam quiescant. Secundo ibi *Manifestum autem*. Commoda processionis supra habitum ad intelligendum primum motorem immobilem et dicit quod quoniam ultra quedam que moventur et quedam quiescunt sunt omnibus manifesta, necessarium est aliquod sequere. Quoniam enim nos ponimus omnia esse sic et sic, ut quedam moveantur et quedam quiescant volumus ostendere causam. Nam diversa ostenderemus scilicet quod quedam sunt que sunt semper immobilia et iterum quod quedam sunt que semper moventur. Et cetera hec precedunt et proponuntur. Primo quod omne quod movetur movetur ab aliquo, et quod necesse est hoc quod aliquid moveatur aut ab immobili aut a motu, et si movetur aut a se ipso aut ab alio, et cum non sit procedere in infinitum, ut ab aliquo moveatur oportet devenire ad hoc quod sit quoddam primum principium motus in quo quod in generatione eorum que movent et principium quod movet se ipsum. Sed ultimum simpliciter inter omnia principium est quod est immobile. Non debet reputari inconveniens quod ad motus se ipsum quia videmus manifeste multa talia in genere animatorum et aliorum. Secundo ibi *Manifestum igitur fiunt et cetera* commovet(?) quandam obiectionem supra positam et solvit. Cum enim probasset motum perpetuum posuit obiectionem in contrarium ex rebus animatis quod cum prius quiescunt incipiunt quandoque moveri, et hoc est quod hic dicitur quod ultra animata que movent se ipsa videbatur aperte inducere quod generetur in toto universo motus sicut cum prius non fuit. Propter hoc quod videmus in eis hoc contingere quod cum prius non movent incipiunt quandoque moveri. Sed ad hoc solvendum oportet accipere quod animalia movent se ipsa secundum unum motum scilicet secundum motum localem. Hic enim solus motus invenitur in animalibus apparentibus libere. Et tamen non secundum hunc motum animalia se ipsa movent. Id est quod huius motus causa non procedit a causa non eius ali

ex se ipso est per accidens quod localiter moveatur. Sed precedunt alii motus
non voluntarii sed naturales ab interiori ut ab exteriori, secundum quos animal
non movet se ipsum sicut patet de motu augmenti et decrementi et respirationis,
secundum quos motus animal movetur quamvis quiescat secundum motum localem
quo movetur a se ipso. Horum autem motuum naturalium causa est ut continens
extrinsecum scilicet celum et aer, a quo immutatur corpus animalis exte-
rius, ut ad interius intra corpus animalis sicut aer intrat per respirationem et a-
limentum per comestionem et potum et exhinc consumptis sive ab
interiori sive ab exteriori causa, scilicet quod animal quandoque incipit moveri
cum prius non moveretur sicut patet ex transmutatione que est circa alimen-
tum, quod dum decoquitur per vapores resolutos animal dormit
[et non] movetur, sed quando alimentum est iam digestum et dissolutum vapo-
res residentibus evigilatur animal et surgit et movet se ipsum
motu locali. Cum tamen primum principium motionis sit ab extrinseca
natura aliis que movent se ipsa. Et in eo quod alia non semper movent a
se ipsis, quia non in unoquoque aliquis motus se ipsum incipit ad
... prius motus quam motor et motus. Si ergo contingit omnia in motu eodem
modo se habere in motu et in quiete, erit motus aliquis sempiternus. Sed quia
hec movens ex necessitate quod movet alia et ipsum movetur non semper eodem motu
... alia semper eodem modo movet se ipsa, quia in omnibus huiusmodi
primo movens quod est causa alii motus se ipsum sicut anima sicut motor quod movetur
non ... per se sed per accidens quia corpus mutatur secundum locum, mutato autem
corpore mutatur et id quod in corpore existit per accidens scilicet anima, et sic
ex necessitate mutatur id quod movet se ipsum ut non sit in eadem dis-
positione motus. Deinde cum dicit Erit autem et sic ... ostendit propositum ex premissis,
et dicit quod primum movens sit immobile ... quod primus motus sit sempiternus
ibi Et non si aliquid. Circa primum duo facit: primo ostendit propositum, secundo excludit quandam
obiectionem ibi Non est autem idem moveri secundum accidens. Dicit ergo primo quod ex premissis
sumitur scire si aliquid principium est movens immobile quod tamen movetur per accidens,
non poterit movere continuum motum et sempiternum. Illa enim causa est alligata
quia alicui anime non movet se per quod movetur per accidens. Sed oportet
sicut est supra quod necesse est motum universi esse continuum et sempiternum,
quod necesse est primam causam motus in toto universo immobilem esse et quod
non per accidens moveatur, sicut et supra dictum est quod in rebus inveni-
untur quidam motus immortales et incessabiles, et quod etiam cuius dis-
positio huius universi maneat in sua dispositione et in eodem statu
ex immobilitate principii quod potest movere immobiliter, sic quod totum
universum habeat quandam permanentiam sempiternam secundum participationem
primi immobilis recipit influentiam ab ipso. Deinde cum dicit Non est autem
idem, excludit quandam obiectionem. Dixerat enim quod si aliquid movens mo-
vetur per accidens non potest movere motu sempiterno. Hoc autem videtur habere
instantiam, quia secundum eius positionem motores inferiorum orbium puta solis et lune
et aliorum planetarum sunt sempiterni, et tamen ... per
accidens moventur secundum ea que supra dixit. Causa enim hoc dixit,
autem aliis per accidens moveri quod corpus aliis movetur quandam dicit motum
ab exteriori principio quod non est ab anima. Dicit autem aliquis quod orbis solis
movetur ... motu qui declaratur ex motu primi orbis secundum quem re-
volvitur ab oriente in occidentem. Illo autem motu non movetur a proprio
motore, sed ab occidente in orientem ... hanc obiectionem exclu-
dit dicens quod moveri per accidens potest attribui alicui ut per se ipsum

ut per alterum. Et hoc non est idem. Motoribus igitur orbium planetarum at-
tribuitur moveri per accidens, non in quantum ipsi per accidens moveantur, sed in quantum
orbes ab eis moti per accidens sunt, delati ex motu superioris
orbis. Et hoc quod dicit quod moventur ab alio per accidens ... aliud est
quandam principium celestium motuum quod ad motores orbium
qui moventur pluribus motibus scilicet motu primo et motu superioris orbis,
sed alterius motus per accidens ... se ipsum incipit sol ...
in animalibus ... et huius diversitatis ratio est quod motores superiorum
orbium non constituuntur in suo esse ex sua unione ad corpora et eorum
... et ideo quamvis corpora orbium moveantur
ipsi non moventur per accidens, sed anima que movet animal constitu-
itur in suo esse in unione ad corpus et variabilis eius constitu-
tio secundum transmutationem corporis. Ipsa enim anima dicitur per accidens moveri.
Deinde cum dicit Et non si aliquid, probat quod primus motus est sempiternus,
et hoc duabus rationibus, quarum prima dependet ex premissis et est talis: mo-
tus qui non est semper incipit a motore qui movetur per se vel per accidens
ut ex dictis patet. Cum igitur primum movens sit sempiternum quia nec per se
nec per accidens movetur, necesse est quod primus motus qui ab hoc mo-
tore procedit immobili perpetuo moveatur. Est autem attendendum
quod supra probavit immobilitatem primi motoris per perpetuitatem motus
supponendo; hic autem econtrario per immobilitatem primi motoris probat perpetuitatem
motus. Erit autem sua probatio ... si de eodem motu intelligeret.
Unde dicendum quod supra probavit immobilitatem primi motoris ex perpetuitate
motus in generali. Unde dixit in hiis que sunt ... incessabilis motus. Hic
autem per immobilitatem primi motoris probat perpetuitatem primi motus ...
... et quod continuus. Dicit quod supra ... probavit
primum motum esse perpetuum. Secunda ratio ponitur ibi Sed autem ...
sunt ex perpetuitate generationis, et dicit quod primum motum esse perpetuum
... et ex eo quod non est possibile aliter generationem et cor-
ruptionem et huiusmodi mutationes ... non fieri ad quod motus ...
moveatur, quod causa omnis mutationis sit ab aliquo motore sic
... generato et corrupto, et huiusmodi mutationes et
ab aliquo motore; non autem possunt esse immediate a motore im-
mobili, quia immobile semper movebit eodem motu ... in eodem ... quia
non mutabitur eius dispositio et habitudo ad mobile; manente autem
eadem habitudine motoris ad mobile semper manet idem motus.
Non autem generatio et corruptio semper eodem modo sunt, sed quandoque ad generationem
quandoque corruptionem. Non ergo sunt immediate a motore immobili, sed a
mobili a motore moto et in motu a motore immobili ...
... diversorum motuum ... hoc primum ... quod mo-
vens alio et alio se habet adversus motus non ... eundem mo-
tum ... sed magis ... quod in diversis locis sit moveatur motu
locali ut in diversis speciebus sit moveatur motu alterationis, causa-
bit quandoque motum in alius et faciet quandoque ... quandoque au-
tem ... in diversis locis et speciebus quod non ... in planetis
species motus primi motoris moventis ... infra ...
... motus est causa diversitatis motuum ... a motore
immobili ... in hac ... diversitate ...
... primum motum ... perpetuum et a motore immobili
moveri. Est autem sciendum quod hee rationes quas ... procedit probare

post motum, et perpetuum. ex nunc dictis non concluditur primum nisi quaedam absoluta omni mutatione praeter motorem. quod non semper movetur sicut supra ostensum est in ipsius huius 8. Deinde cum dicit Manifestum igitur ex his ostendit quandam conclusionem quod superius ostensum fuit in solutione quaestionis quare quaedam moventur semper et quaedam non semper. et dicit quod causa huius est manifesta ex praemissis. quod enim movetur a motore immobili et perpetuo movetur semper. quod autem movetur a motore mutabili non semper movetur. quod immobile ut prius dictum est cum simpliciter et similiter in eadem dispositione permaneat movebit unum motum et simplicem.

At vero aliud faciendo principium etc. postquam philosophus ostendit quod primum movens est immobile et primus motus est perpetuus hic incipit ostendere quid sit primus motus et qualis sit primum movens. et dividitur in partes. in prima ostendit quid sit primus motus. in secunda qualis sit primum movens ibi Quod autem necesse est etc. Circa primum duo facit. primo dicit de quo est intentum. secundo exequitur propositum ibi Tribus enim existentibus. Dicit ergo primo quod ad hoc quod praemissa certius considerentur oportet ab alio principio incipere ut consideremus utrum sit aliquis motus qui contingit continuus et si contingit aliquem motum talem esse quis sit iste et quis sit primus motuum. et ne aliquis putaret alium esse qui contingit esse continuum et alium qui est primus ad hoc excludendum subiungit manifestum quod cum necesse sit motum semper esse et quod primus est in sempiternum continuus … causat ipse motor immobilis necesse est quod sit unus et idem motus qui sit continuus et in sempiternum continuus et qui est primus. Deinde cum dicit Tribus autem existentibus ostendit propositum et primo per rationes sumptas ex parte ipsorum motuum. secundo per antiquorum dicta ibi Quod autem ferri loci mutationem. circa primum duo facit. primo ostendit quod motus localis est primus. secundo quis motus localis ibi Quod autem loci mutationem … primo ostendit propositum per distinctionem prioris et posterioris ibi Amplius autem habitum. circa primum ponit … ibi Manifestum autem magis etc. primo ponit duas rationes quarum prima sic procedit. primo ponit quod cum sint tres species motus, una quidem quae est secundum quantitatem quae vocatur augmentum et decrementum, alia autem quae est secundum passionem quae vocatur alteratio, tertia autem quae est secundum locum et vocatur loci mutatio, necesse est quod ista sit prima inter omnes. Et hoc sic probat. quia impossibile est quod augmentum sit primus motus. augmentum enim esse non potest nisi alteratione praeexistente. quia id quod augmentatur est quodammodo simile et quodammodo dissimile. quod patet quia id quo augmentatur est alimentum quod in principio contrarium est ei quod nutritur propter dissimilitudinem dispositionis. sed quando iam additur ut augmentum faciat necesse est quod simile sit. dissimilitudo autem non transit ad similitudinem nisi per alterationem. Relinquitur ergo quod augmentum praecedat alteratio per quam alimentum de una contraria dispositione in aliam mutatur. Deinde ostendit quod autem omnem alterationem praecedit motus localis. quia si aliquid alteratur necesse est quod sit aliquid alterans quod de potentia calido faciat actu calidum. Si autem hoc alterans semper et secundum eandem … propinquum in eadem distantia ad alteratum non magis faceret calidum nunc quam prius. manifestum est ergo quod movens in alterationem non similiter distat ab eo quod alteratur sed aliquando est propinquius aliquando remotius. quod esse non potest sine loci mutatione. Si igitur necesse est semper motum esse necesse est loci mutationem semper esse cum sit primus motuum. et si motuum loci mutationes una est prior necesse est quod si prima … sit sempiterna. Secundam rationem ponit ibi Amplius autem … talis est alteratio … probatum est sic … antiquorum opiniones principium …

densitas et raritas. quia grave et leve et durum et molle calidum et frigidum dicuntur consequenter rarum et densum et secundum ea distinguuntur. nam … densa quaedam … et frigida, rara autem calida et levia. et hoc … si in praedictis ordo attendatur … ad … rarum et densum manifeste … ut patet ex his quae in quarto sunt dicta. densitas autem et raritas videntur esse quaedam congregatio et disgregatio secundum quas congregationem et disgregationem antiqui philosophi ponebant generationem et corruptionem substantiarum. quae opinio modo non videtur probabilis … in libro de generatione. Alia autem quae congregantur et disgregantur ex hoc ipso secundum locum mutari videntur. loci ergo mutatio prior est alteratione. Sed attendendum quod congregatio et disgregatio corporis ex unitate tactu ad motum localem pertinet. congregatio vero et disgregatio secundum quod eadem materia continetur sub maioribus et minoribus dimensionibus non pertinet ad motum localem sed ad motum alterationis. Unde secundum hoc aristoteles supra in quarto assignavit rationem rari et densi sed hic loquitur secundum quod erat probabile ex opinione aliquorum philosophorum. Sicut autem motus localis requiritur ad alterationem ita etiam requiritur ad augmentum. necesse est enim quod id quod augetur et decrescit magnitudine mutetur secundum locum. quia quod augetur extenditur in maiorem locum quod autem decrescit in minorem contrahitur. Sic ergo patet quod motus localis naturaliter est prius alteratione et augmento. Deinde cum dicit Amplius et considerantibus probat idem distinguendo modos prioris et posterioris. et primo distinguit modos prioris et posterioris et dicit quod ex hac consideratione manifestum erit quod loci mutatio est primus motus. quia sicut in aliis rebus prius aliquid aliquo dicitur multipliciter ita et in motu. Dicitur enim uno modo prius quo non existente non erunt alia sed ipsum potest esse sine aliis sicut unum prius est duobus quia duo non possunt esse nisi sit unum. unum autem potest esse si non sint duo. Secundo dicitur aliquid prius tempore quod scilicet est remotius a praesenti nunc in praeterito vel propinquius in futuro ut supra dictum est. Tertio dicitur prius secundum substantiam id est secundum complementum sicut actus est prius potentia et perfectum imperfecto. Secundo ibi Quare cum motum probat motum localem esse tribus modis priorem et primo quantum ad primum. secundo quantum ad secundum ibi Ad hoc tempore. tertio quantum ad tertium ibi Omnia autem … Dicit ergo primo quod cum necesse sit motum semper esse ut supra probatum est hoc potest intelligi dupliciter. Uno modo quod sit aliquis motus continuus. Alio modo quod sit motus consequenter se habentes ut nullum sit medium. magis autem salvatur sempiternitas motus si motus sit continuus et dignius est continuum quam consequenter. Non autem aliquis alius nisi loci mutatio … probabiliter ex quo apparet quod necesse est ponere motum localem esse primum. Alii enim motus non requiruntur ad hoc quod sit motus localis. nullum enim necesse est ut id quod movetur secundum locum augmentetur vel alteretur quia non est necesse quod corpus quod movetur secundum locum generetur aut corrumpatur. Augmentum autem et alteratio … solum in his quae generantur et corrumpuntur. sed nullus horum motuum est continuus quia non sit motus ille qui est sempiternus … nisi motum localem. Sic igitur motus localis primus est aliis sed non e converso. Est ergo primus primo modo prioritatis. Deinde cum dicit Ad hoc tempore probat quod sit prius tempore et circa hoc duo facit. primo ostendit quod simpliciter loquendo est primus tempore … quoniam perpetuum solum est motum localem contingit esse perpetuum ut dictum est. ergo simpliciter loquendo est primus tempore. Secundo ibi Si in uno quodam excludit quandam obiectionem per quam videtur hoc removeri quod si consideretur aliquod unum corpus quod de novo generatur loci mutatio …

est postrema tempore. videtur enim omnes mortales quia primo generantur postea altera
ntur et augentur et demum habent motum secundum locum quia iam perfecti sunt. ut
patet in homine et in pluribus aliis. sed perfectio non excluditur quin simpliciter motus
localis sit primus tempore quia ante omnes illos motus qui sunt in hac generatione
necesse est precedere quendam motum localem in aliquo priori motore qui sit
causa generationis huius quod generatur sicut generans est causa eius quod generatur
in tantum quod ipsum non est generatum. quia autem motus quod precedit generationem sit
motus localis et quod sit motus simpliciter primus motuum ostendit ibi dicens.
quia cum generatio videtur esse primus motuum in hiis que generantur quia primo oportet
rem fieri quam moveatur. hoc verum est in aliquo generato. sed tamen necesse est prius
esse aliud movens quod causa est quod generatur et quod ipsum non sit generatum. ut si
est generatum quod et illo prius sit aliud prius et sic ut procedatur in
infinitum quod est impossibile ut supra ostensum est. aut perveniatur ad ali
quod primum quod impossibile est esse generatum primum quia sic sequeretur quod omnia
quod sit movens contrariis motibus, quia in motibus rectis contrarium est motus ab eodem in idem. In motibus autem circularibus non est contrarium. Hoc autem est impossibile quod idem simul moveatur contrariis motibus. Ergo impossibile est quod motus reflexus sit continuus. Deinde cum dicit: *Sit autem exemplum*, [illegible] ducatur ad a in continuum; si enim ad d [illegible] movetur ab a, movetur ad a, non autem prius motum ad a non ex aliqua compositione quod sit [illegible] in quo movebitur nondum fuit, cum incipit moveri ab a. Sequitur quod aliquid moveatur ex illo termino in quo non est, quod est impossibile; non enim potest aliquid recedere a loco in quo non est. Et ideo impossibile est quod motus reflexus sit continuus; et si hoc est impossibile, necesse est quod in puncto reflexionis mobile quiescat. Secundo [illegible] ex quo patet quod non est unus motus, quia motus qui distinguitur per tempus quietis non est unus. Deinde cum dicit: *Amplius autem ex his* [illegible] bat idem universaliter in quolibet genere motus [illegible] rationibus quae per talia [illegible] quod movetur motu aliquo specierum motus supra assignatarum, et similiter omne quod quiescit oportet quod quiescat aliqua quiete opposita praedictis motibus. Ostensum enim est supra in quinto quod non sunt praeter praedictos motus assignatos. Accipiamus ergo aliquem motum determinatum ab aliis motibus, hoc modo quod sit diversus specie ab aliis, sicut albatio differt a denigratione, non autem sic quod motus qui accipitur distinguatur ab aliis motibus eiusdem motus, ut una pars dealbationis distinguitur ab aliis partibus dealbationis eiusdem. Accepto ergo uno tali motu, sicut dealbatione, tunc dico quod tempore quo non semper movebatur hoc motu, ex necessitate prius quiescebat opposita quiete, sicut quod non semper dealbatur aliquando quiescebat quiete opposita dealbationi. Sed hoc propositum non esset verum nisi accipiatur aliquis motus determinatus; non enim est necesse quod id quod non semper movebatur hac parte dealbationis, quod ante quiesceret quiete opposita, quia ante dealbabatur alia parte dealbationis. Et propter hoc signanter dicit: *et non simpliciter* etc. Haec autem propositio sic probabatur: duorum privative oppositorum necesse est esse alterum in subiecto susceptibili. Quies autem opponitur motui privative. Unde si mobile erat quando sibi motus non inerat, ex necessitate sequitur quod tunc sibi quies inerat. Hac ergo propositione proposita ex ratione supra posita assumit [illegible] dictum: quod si motus rectus continuus sit, qui est ab a in c et qui est a c in a, et non [illegible] sit unus motus continuus, manifestum est quod quando movebatur ab a ad c non movebatur motu qui est a c ad a; et sic illo motu qui est a c ad a non semper movebatur. Unde [illegible] necesse est quod mobile prius quiesceret quiete opposita. Ostensum est autem in quinto quod motui qui est a c opponitur quies quae est in c. Ergo quiescebat in c. Non ergo motus reflexus erat unus et continuus, cum distinguatur per tempus quietis. Deinde cum dicit: *Amplius autem et hic* [illegible] quod talis est, sicut corrumpitur non album et generatur album. Sed si motus reflexus in qualibus generibus sit continuus, sequitur quod continue alteratio terminetur ad album et incipiat ex albo recedere, et quod non quiescat in aliquo tempore; alioquin non erit continua alteratio, sed interponetur quies. Sed sic est quod dum fit album corrumpitur non album, et cum recedit ab albo fit non album. Sequitur ergo quod simul corrumpatur non album et fiat non album, quia ista tria sunt in eodem tempore, scilicet fieri album et corrumpi non album et iterum fieri non album, si continuetur reflexio absque interpositione quietis. Hoc autem est impossibile, quod simul fiat non album et corrumpatur non album. Non ergo est possibile quod motus reflexus sit continuus.

Nota unaquaeque motus ab aliis [illegible]

Hoc autem non ad generationem et corruptionem, ut patet in quinto. Et propter hoc hanc rationem dicit magis propriam quam praemissas, quia in his dictis magis apparet quod non possunt [illegible]; et tamen quod dicitur in generatione et corruptione extendit ad omnes motus, quia in quolibet motu est quaedam generatio et corruptio; sicut enim in alteratione generatur et corrumpitur album et non album, ita et in quolibet alio motu. Deinde cum dicit: *Quod autem non sit continuus*, quod talis est sicut supra in quarto habitum est: non est necesse, si tempus est continuum, quod propter hoc motus sit continuus, motus in diversis speciebus, si succedant sibi in tempore continuo. Non enim sunt continui sed consequenter se habentes, eo quod oportet continuorum esse generis unius; contrariorum autem et specie differentium, ut albedinis et nigredinis, non potest esse unus terminus. Cum igitur motus qui est ab a in c sit contrarius motui qui est a c in a, [illegible] ut supra in quinto ostensum est, impossibile est quod isti duo motus sint continui ad invicem, etsi tempus eorum sit continuum, nulla interposita quiete. Relinquitur ergo quod motus reflexus nullo modo potest esse continuus. Est autem considerandum quod rationes praemissae diversimode procedunt [illegible] contrariorum.

Quod autem circulari etc. Postquam philosophus ostendit quod nullus motus localis praeter circularem potest esse continuus, hic ostendit quod motus circularis potest esse continuus et primus. Et primo ostendit hoc per proprias rationes; secundo per rationes logicas et communes, ibi: *Rationabiliter autem*. Circa primum duo facit: primo ostendit quod motus circularis sit continuus; secundo quod sit primus, ibi: *Quod autem latio* etc. Circa primum duo facit: primo ponit rationes ad ostendendum quod motus circularis sit continuus, ut patet ex praecisis rationibus: concludit quod nullus alius motus potest esse continuus praeter circularem. Manifestum autem est quod motus circularis potest esse unus et continuus, cuius ratio sic probatur. Illud dicitur possibile ad quod nullum sequitur impossibile. Nullum autem sequitur impossibile si dicamus quod motus circularis sit in perpetuum continuus, quod patet ex hoc quod in motu circulari quod movetur ex aliquo, puta a, simul movetur in id secundum eandem positionem, scilicet secundum eundem processum motus, eodem ordine partium servato, quod in motu reflexo non contingit, quia cum ad rectum [illegible] disponitur secundum contrarium ordinem partium in motu, quia ut oportet quod pars mobilis quae in principio motus erat prior in reflexione fiat posterior, vel oportet quod pars mobilis quae in principio motus aspiciebat ad unam differentiam loci, puta dextrum vel sinistrum, in reflectendo aspiciat ad contrarium. Sed in motu circulari servatur eadem positio dum movetur ad id a quo recedit. Et ideo [illegible] potest dici quod in principio sui motus dum recedebat ab a movebatur ad hoc ad quod tandem pervenit. Ipsum enim non propter hoc sequitur impossibile, quod simul moveatur motibus contrariis aut oppositis, sicut sequebatur in motu recto. Non enim omnis motus qui est ad aliquid est contrarius ad oppositum motum qui est ex illo eodem termino, sed illa contrarietas invenitur in linea recta, secundum quam attenditur contrarietas in loco. Non enim attenditur contrarietas inter duos terminos secundum lineam circularem, sed secundum diametrum; contraria enim sunt quae maxime distant. Maxima autem distantia est inter duos terminos quae non mensuratur secundum lineam circularem sed secundum lineam rectam. Possunt enim inter duo puncta infinitae lineae curvae describi, sed non nisi una linea recta. Id autem quod est unum est mensura in quolibet genere. Ergo patet quod si sit aliquis circulus et dividatur per medium, et sit diametrus eius a b, motus qui est per diametrum ab a in b est contrarius motui qui est per eundem diametrum a b in a. Sed motus qui est per semicirculum ab a in b non est contrarius motui qui est per aliud semicirculum a b in a. Contrarietas autem erat quae impediebat quod motus reflexus non posset esse continuus, ut ex superioribus apparet. Nihil ergo prohibet, contrarietate sublata, motum circularem esse continuum et nullo tempore deficere. Et haec ratio est quod motus circularis habet suum complementum perfectius, quod est ab eodem in idem, unde si ab illo [illegible] recedat, in idem [illegible]

et sic non impeditur esse continuus. Sed motus [rectus] habet suum complementum ex hoc quod ab uno in aliud

quod incipiat moveri. non est idem motus unus et continuus sed duo. Deinde cum
dicit Et quia quod potest &c. ponit sententiam rationis dicens quod motus circularis non est ex eis-
dem. sed motus rectus multociens est ex eisdem. quod sic intelligendum est. quia si cum
aliquid moveatur ab a in b per dyametrum et iterum ab b in a per eandem
dyametrum. necesse est quod per eadem media redeat per que prius transi-
erat. et sic plures per eadem feretur. Sed si aliquid moveatur ab a in b
per semicirculum et iterum ab b in a per alium semicirculum quod est circuli moveri
motu circulari est quod non redit ad idem per eadem media. Alia autem de ratione op-
positorum quod est idem considerare et sic manifestum est quod moveri ab eodem in idem per
motum circularem est absque oppositione. sed moveri ab eodem in idem per mo-
tum reflexum est cum oppositione. Sic ergo patet quod motus circularis quamvis
redit ad idem per eadem media sed semper transit a a et a a per et unus et continuus
quia non habet oppositionem. sed ille motus reflexus secundum quem redit plures in eas-
dem medias sit per transeundo non potest esse perpetuum continuus. quia necesse
est quod ad sit moveri contrariis motibus ut supra ostensum est. Et ex ea-
dem ratione concludi potest quod non motus qui est in semicirculo vel in quacumque alia
alii portione potest esse perpetuum continuus. quia in huiusmodi motibus necesse est
quod multociens pertranseat eadem media et quod moveatur contrariis motibus
si sit debeat redire ad principium et hoc ideo quia nec in linea recta nec in circu-
lo nec in quacumque circuli portione copulatur finis principio. sed distat ab in-
vicem principium finis. sed in solo circulo finis copulatur principio et ideo solus mo-
tus circularis est perfectus. unumquodque enim perfectum est ex hoc quod attingit
suum principium. Deinde cum dicit Manifestum autem est etc. ostendit ex eadem ratione quod in nullo
alio genere potest esse aliquis motus continuus. Et primo ostendit propositum. secundo inducit quoddam
corollarium ex dictis. ibi Manifestum est ex hiis. Dicit ergo primo quod ex ista dis-
tinctione qua est motus inter motum circularem et alios motus locales
manifestum est quod non in aliis generibus motus et aliquis motus infini-
tum continuus quia in omnibus aliis generibus motuum si debeat mo-
veri aliquid ab eodem in idem. sic quod multociens pertranseat eadem sic-
ut in alteratione oportet quod pertranseat media qualitates ex calido enim per
transitum in frigidum per tepidum. et si debeat rediri de frigido in
calidum oportet quod per tepidum transeat. et idem apparet in motu quantitatis
quia si moveatur de magno in parvum et iterum redeat ad magnum oportet quod
bis sit in medio quantitatis. et similiter est in generatione et corruptione. si enim ex
igne fiat aer et iterum ex aere fiat ignis oportet quod medias disposi-
tiones bis transeat. sic enim medium pono in generatione et corruptione
sed quod accipitur cum transmutatione dispositionum. et quia media pertransire
contingit in diversis mutationibus diversimode. Et ideo intelligit quod non differt utrum
pauca vel multa media fuerit per que ad moveatur de contrario
in contrarium vel accipere aliquod medium positive ut pallidum inter al-
bum et nigrum vel remotive ut inter bonum et malum quod nec bonum nec
malum est. quia qualitercumque media se habent oportet quod eadem multociens per-
transeat. Deinde cum dicit Manifestum igitur ostendit quod antiqui naturales non bene dix-
erunt ponentes omnia sensibilia semper moveri. quia oportet quod moveantur
secundum aliquem predictorum motuum de quibus ostendimus quod non possunt esse perpetue continui
et maxime secundum quod illi dicunt motus semper esse in alteratione. di-
cunt enim quod omnia semper defluunt et corrumpuntur et ad hoc dicunt
quod generatio et corruptio nichil est aliud quam alteratio. et sic dum dicunt omnia
semper corrumpi dicunt omnia semper alterari. probatum est autem prius quod contra-
ducta quod nullo motu contingit semper moveri nisi circulari et sic ne-
que quod nec secundum alterationem nec secundum augmentum possunt omnia semper moveri ut
illi ponebant. Ultimo autem epilogando principalem intentionem concludit scilicet quod nulla
mutatio possit esse continua et infinita nisi circularis. Deinde cum dicit Quod autem
latio omnium probat quod motus localis sit primus motuum duabus rationibus.
Quarum prima talis est. omnis motus localis ut prius dictum est aut est circula-
ris aut rectus aut mixtus. Circularis autem et rectus sunt priores com-
mixto. quia ex illis constituitur. Inter illos autem duos circularis est
prior recto. circularis enim est simplicior et perfectior recto. Quod sic probat.
motus enim rectus non potest procedere in infinitum. hoc enim esset dupliciter. Uno
modo sic quod esset magnitudo per quam transit motus rectus infinita quod est im-
possibile. quia non est magnitudo infinita in rerum natura ut dictum est. Sed et si
esset aliqua magnitudo non moveretur ad infinitum quod est impossibile est
esse. numquam enim fit quod est impossibile. Alio autem modo transire infinitum vel
ergo modo ad hoc quod infinitum pertranseat non quod prius etiam motus rectus
infinitus sit in magnitudine recta finita per reflexionem ~~per reflexionem si motus qui est reflexus~~ Alio modo possibile est illi motui recto infinito super magnitudinem
finitam per reflexionem. sed motus qui est reflexus non est unus ut supra
probatum est. sed est compositus ex duobus motibus. Si autem sit linea recta
finita non fiat reflexio erit motus imperfectus et corruptibilis.
Est imperfectus quidem quia possibile est ei fieri additionem. corruptibilis autem quia
cum venit ad terminum magnitudinis cessabit motus. Sic ergo patet quod
motus circularis qui non est compositus ex motibus duobus et qui non cor-
rumpitur cum venit ad terminum cum sit idem eius principium et finis est simplicior
et perfectior quam motus rectus. Perfectum autem est prius imperfecto. et similiter
incorruptibile corruptibili et natura et ratione et tempore sicut supra ostensum est
cum probaretur loci mutationem esse priorem aliis motibus. necesse est
ergo motum circularem esse priorem recto. Deinde cum dicit Amplius prius etc. po-
nit secundam rationem que talis est. motus qui potest esse perpetuus prior est eo qui perpetuus
esse non potest. quia perpetuum est prius non perpetuo et tempore et natura. Cir-
cularis autem motus potest esse perpetuus et nullus aliorum motuum
cum oporteat eis succedere quietem. ubi autem quies supervenit
corrumpitur motus. Relinquitur ergo quod motus circularis sit prior o-
mnibus aliis. hoc autem ita est ratione superioris quod ex prioribus patet.

Rationabiliter autem accidit etc. Postquam philosophus ostendit per proprias ra-
tiones quod motus circularis est continuus et primus. hic ostendit idem per quas-
dam rationes communes et logicas. et primo ponit rationes. Circa quarum
primam dicit quod rationabiliter accidit quod motus circularis sit unus continuus et
perpetuus non autem motus rectus. quia in recto determinatur principium medium
et finis. Et hec tria omnia est assignare in linea recta. et ideo est in ipsa
unde incipiat motus et ubi finiatur. quia omnis motus
quiescat apud terminos scilicet vel a quo vel ad quem. has enim duas quietes
super ? distinxerat. sed in linea circulari ista non sunt distincta. nulla
enim ratio est quare unum punctum signatum in linea circulari sit magis terminus
quam alius. quia unumquodque est similiter et principium et medium et finis. et
sic quodammodo quod motus circularis semper est in principio et fine et quodammodo
numquam. scilicet quia quodlibet punctum signatum in circulo potest accipi ut principium vel ut finis. et quodammodo
numquam est in principio et in fine in quantum scilicet nullum punctum circuli est principium et
finis in actu. unde sequitur quod spera quodammodo movetur et quodammodo quiescit
quia sic in toto decursu existens spera semper continet eundem locum quodammodo sim-
iliter et sic ad hoc quiescat. aliud enim est et aliud secundum rationem et sic ad hoc

motus. Secundo autem in ipsa linea circulari non distinguitur principium medium et finis. quia hec tota pertinet ad centrum. a quo sic a principio proceditur linea usque ad circumferentiam et ad ipsum tanquam linee a circumferentia protracte. et centrum est medium totius magnitudinis per equam distantiam ab omnibus signatis circumferentie. et ideo quia principium et finis circularis magnitudinis est extra circulationem scilicet in centro. ad quod non pertingit quod circulariter movetur non est assignare in motu circulari ubi quiescat id quod fertur donec pervenit ad ipsum. quia quod circulariter movetur semper fertur circa medium sed non fertur ad ultimum. quia non fertur ad medium quod est principium et ultimum. Et propter hoc totum quod spectat motum quodammodo semper quiescit et quodammodo continue movetur ut dictum est. Ex hiis que dicta sunt sic ratio exhibitur. omnis motus quandoque quiescit in ipso. et sic est continuus. sed motus circularis est hiis contrarius. et per idem medium probatur quod motus rectus non possit esse continuus. Deinde cum dicit Accidit autem consequenter. ponit rationem tertiam dicens. quod hec duo consequenter se sequuntur scilicet quod motus circularis sit mensura omnium motuum et quod sit primus motuum. omnia enim mensurantur per suum genus ut in x methaphisice ostenditur et sicut in aliquo genere. omne quod est mensura est primum sui generis et omne quod est primum est mensura. sed motus circularis est mensura omnium aliorum motuum ut patet ex hiis que in 4 dicta sunt. ergo motus circularis est primus motuum. Et propter hoc supra inductas rationes concluditur quod sit mensura aliorum motuum. Quarta ratio ponit ibi. Amplius autem rectus dicens. quod solus motus circularis potest esse regularis. rectus quia quod illud recte movetur irregulariter fertur a principio usque ad finem. Alter enim motus rectus ut in 4 dictum est. quia est velox [illegible] totum. quod necesse est accidere in omni motu recto. quia in motibus naturalibus quanto aliquid quod movetur plus distat a quiete a qua incipit motus velocius movetur. in motu autem violento. quanto plus distat ab ultima quiete ad quam tendit motus tanto velocius movetur. nam motus naturalis intenditur in fine. violentus autem in principio. Hoc autem in motu circulari locum non habet. quia eius principium et finis non est in natura sed est ipsum circulatione quod sic per circumferentiam sed extra scilicet in centro. ut dictum est. Unde nulla est ratio quare intendatur vel remittatur motus circularis. quia propinquior est ad principium vel finem. Manifestum est autem ex hiis que in 4 dicta sunt. quod magis est unus motus regularis quam irregularis. et sic motus circularis est prior naturaliter quam motus rectus. Quanto enim est aliquid magis unum tanto naturaliter prius est. Deinde cum dicit Omnes autem locum mutatio. ostendit per opiniones antiquorum philosophorum quod motus localis sit primus motuum. et dicit quod huic veritati attestantur dicta omnium philosophorum antiquorum. qui de motu fecerunt mentionem. quia principiis attribuunt quod moveant motu locali. Primo ostendit per opinionem Empedoclis. qui posuit amicitiam et litem prima principia moventia. quorum amicitia congregat. lis vero disgregat. Congregatio autem et disgregatio sunt motus locales. Secundo ostendit idem per opinionem Anaxagore qui posuit intellectum primam causam moventem. cuius opus fuit ipsum esse disgregare commixta. Tertio ostendit idem per opinionem Democriti. qui non posuit causam moventem sed dixit quod omnia moventur propter naturam vacui. motus autem qui est propter vacuum est loci mutatio. ut si illis locum [illegible]

tamen quia vacuum et locus non differunt nisi ratione ut in 4 dictum est. Et sic Democritus ponit res primo moveri propter vacuum ponit motum localem naturaliter primum et nullum aliorum motuum. sed alios motus opinantur consequi ad motum localem. dicunt enim sequaces Democriti quod augeri et corrumpi et alterari contingit per quandam congregationem et disgregationem indivisibilium corporum. Quarto ostendit idem per opiniones antiquorum naturalium qui ponebant unam causam materialem ut aquam vel aerem vel ignem vel aliquod medium ex illo et uno illo principio constituta. et consequenter reddunt per condensationem et rarefactionem. que per quandam congregationem et disgregationem complentur. Quinto ostendit idem per opinionem Platonis qui posuit animam esse primam causam motus. posuit enim Plato quod movens se ipsum quod est anima est principium omnium eorum que moventur. movere autem se ipsum contingit animali et omni animato secundum locum. anthonomasice scilicet per se in transmutatione locali. Sexto ostendit idem per id quod communiter et vulgariter loquentes dicunt. Illud enim solum dicimus moveri quod movetur motu locali. quia si aliquid quiescat in loco. sed si moveatur motu augmenti aut decrementi aut alterationis dicitur quod movetur quodammodo sed non simpliciter. Deinde cum dicit Quod quidem igitur. epilogat que dicta sunt scilicet quod motus semper fuit et semper erit et quod est aliquod principium motus perpetui. et quis sit primus motus. et quem motum contingit esse perpetuum. et quod primum movens sit immobile. hec omnia in precedentibus declarata sunt.

Quod autem hoc necesse est. Postquam philosophus ostendit qualis sit primus motus hic ostendit quale sit primum movens. [illegible] ex sequentibus propositionibus. Horum autem unum quod [illegible] dicit autem primo quod cum dictum sit supra quod primum movens est immobile [illegible] et nullam habens magnitudinem sic omnino incorporeum. sed antequam hoc ostendat oportet premittere quedam que exiguntur ad hoc probandum. Deinde cum dicit Horum autem unum. exequitur propositum et primo premittit quedam que necessaria sunt ad principalem propositi ostensionem. Secundo ostendit propositum principale ibi Determinatis autem hiis. Circa primum tria facit. Primo ostendit quod ad motum infinitum requiritur potentia infinita. secundo quod potentia infinita non potest esse in magnitudine finita. ibi Quod autem omnino infinitam. tertio [illegible] ibi Deinde autem que fiunt. Dicit ergo primo quod inter ea que determinanda sunt ante principale propositum unum est quod impossibile est aliquod finitum propter potentiam movere per tempus infinitum. Et hoc sic ostendit. tria sunt in quolibet motu. quorum unum est id quod movetur. aliud est primum movens. tertium vero est tempus in quo fit motus. oportet autem quod aut omnia ista sint finita aut omnia sint infinita aut quedam sint finita et quedam infinita. ut duo tantum vel unum. Ponatur ergo primo quod a. sit movens. b. sit mobile. tempus infinitum sit c. et ponatur quod aliqua pars illius a. que est d. moveat aliquam partem b. que sit e. Hiis ergo positis sic concluditur primo quod d. movet e. in tempore non equali ipsi c. in quo a. movebat b. sed in tempore minori. probatum est enim in vi° quod totum movetur in maiori tempore quam aliqua sui pars. quia pars eius movet in tempore quod c. sit infinitum. relinquitur quod tempus in quo d. movet e. erit non infinitum sed finitum. et sic [illegible] ut sic a. movet b. in tempore c. infinito et d. movet e. in tempore finito. Cum autem d. sit pars illius a. si illud tollendo ab a. addam ipsi d. tolletur ipsum a. auferendo ut consumetur cum sit finitum. omne enim finitum consumitur per ablationem. sicut ad quamlibet [illegible] ut in 1 dictum est. Et similiter consumetur ipsum b. si quotiens aliquid auferatur ab ipso et apponatur ipsi e. quod b. ponebatur esse finitum.

Et si supponatur quod motus circularis sit primus motuum

sic quantitas auferetur a tempore quod tempus est, et sic eadem quantitas auferendo non consumeret totum c, quia ponitur esse infinitum. Ex hoc concludit quod totum corpus movebit motorem totius b in tempore aliquo finito quod est pars ipsius c. [illegible] Quod sequitur ex premissis, quia secundum proportionem qua additur ad mobile et ad motorem additur et ad tempus motus. Cum igitur ubi tertio erat motor et motore et addendo ad partes ipsorum consumatur quantitas totius motoris et totius moventis, in quo tempore quod erat in toto addetur pars; sequitur quod proportionaliter addendo ad tempus resultabit tempus finitum in quo totum movens mobile movebit totum; et sic oportet quod si movens est finitum et mobile finitum quod tempus sit finitum. Sic igitur non est possibile quod a finito motore moveatur aliquid motu infinito, scilicet secundum tempus infinitum. Et sic patet quod prius proponebatur quod non contingit quod finitum movens moveat in tempore infinito. ¶ Obiciunt autem aliqui dubitationem contra hanc rationem. Videtur enim non esse universalis: cum enim aliquid finitum movens et mobile aliquid non possit ad libitum habere aut auferri, sicut est corpus celeste, quod tamen in hac [illegible] determinatione accipitur. Videtur quod ut de utroque sic procedat ex falsa suppositione. Huic autem obiectioni videtur Aristoteles in quantum [illegible] quod sicut a celo non possit libitum haberi aliquid non est nata, si enim a celo aliqua pars auferretur, pars illa moveretur a movente in minori tempore quam totum, et non in pluribus conditionibus et naturis. Cuius autem est impossibile, sic patet in hac conditione: si homo volat habet alas. Aliud quod autem tollit veritatem conditionis, nec est falsum, sed antecedens; sic similiter veritas autem predicte conditionis non potest liberare cum hoc quod finitum motorem in tempore infinito ut patet per deductionem Aristotelis. Sequitur igitur ex veritate premisse conditionis Aristoteles concludit impossibile, scilicet quod finitum movet in tempore infinito. Potest autem dici breviter quod Aristoteles quantum ad intentionem suam utitur ablatione ut libet, et non secundum ablationem est intelligenda [solum] generatio que impossibile est in corpore celesti. Sed ablatio intelligi potest secundum quod designatur sicut intelligi potest in mathematicis possunt designare ut tactum ut designatur ad punctum qui dividit totum. Et per hunc modum [possumus] aliquam partem auferre a toto et dicere quod minor est albedo in parte quam in toto. Et per hunc modum potest dici quod minus resistit ad movendum in parte corporis celestis per designationem ablata quam in toto. ¶ Alia autem dubitatio est difficilior. Non enim videtur verum quod totum movens finitum quod movet in tempore infinito, quia si est finitum et tamen corruptibile et impassibile secundum suam naturam et non recedens a natura sua semper eodem modo se habet ad mobile, quod idem eodem modo se habens semper facit idem. Videtur non esse magis ratio quare non possit movere per quod autem et hoc sensibiliter apparet. Videmus enim quod sol per infinitum tempus movet corpora inferiora. Ad hoc autem dubium solvendum intelligendum est processus Aristotelis inducte. Dicitur enim dicendum quod sicut intelligenda est conditio quam adducit, sequitur ex premissis considerandum est igitur quod in tempore motus potest accipi dupliciter, precipue in motu locali: uno modo ex parte mobilis, alio modo ex parte magnitudinis super quam transit motus. Manifestum est enim quod prius una pars mobilis pertransit aliquod signum magnitudinis quam totum mobile, similiter et totum mobile prius pertransit unam partem magnitudinis quam totam. Aristoteles autem manifeste expressit Aristoteles quod hic loquitur de tempore motus secundum quod tempus motus accipitur ex parte mobilis et non secundum quod accipitur

ex parte magnitudinis. Accipit enim in suo demonstratione quod pars mobilis movetur per partem motoris in minori tempore quam totum mobile a toto motore, quod non esset verum. Si acciperemus tempus motus ex parte magnitudinis quam mobile pertransit. Eadem enim est proportio partis motoris ad partem mobilis que est proportio totius motoris ad totum mobile. Unde equalis velocitatis pars movebit partem quam totum movet totum. Et sic in equali tempore pertransit pars mobilis aliquam magnitudinem mota a parte motoris et totum mobile motum a toto motore. [illegible] Ut forte in minori tempore movet totum quam pars quia potentia unita maior est quam divisa. Et ideo mag[is] totum quam pars movetur velociori motu. Et tempus minus oportet quod hoc intelligatur secundum quod accipitur tempus motus ex parte mobilis quod una pars mobilis in minori tempore pertransit aliquod signum quam totum mobile. Et sic hoc est impossibile quod tempore infinito moveat non mobile infinitum. Impossibile est autem quod mobile infinitum moveatur a motore finito. Et sic sit impossibile scilicet ex hoc quod ponit quod motor finitus moveat mobile finitum motu quod sit infinitus ex parte mobilis in ratione. Hec intentio oportet ultima hic concludere quod motus infinitus sit mobilis infiniti a motore infinito. ¶ Sed quia hoc posset aliquis obicere quod Aristoteles supra non probavit esse motum infinitum ex parte mobilis, sicut motus corporis infiniti dicitur esse infinitus quia totum universum corporeum finitum esse in tertio huius probatum est et probabitur in primo de celo, videtur non videri esse de intentione Aristotelis in [illegible] sufficienti ad propositum concludendum, non scilicet primum motorem qui movet motum infinitum sit infinitus. Sed dicendum quod id quod est per se causa motus infinitum oportet quod sit per se causa infiniti motus, quia semper causa que est per se prior est causa que est per accidens, ut supra dictum est. Videtur autem cause per se dicitur ad effectum per se et non ad effectum per accidens. Sicut enim supra in secundo docuit Aristoteles comparare causas effectibus. Cum autem contingat motum esse infinitum dupliciter, scilicet dictum est ex parte mobilis et ex parte longitudinis super quam transit motus. Per se infinitum est in motu ex parte mobilis. Per accidens autem ex parte longitudinis, quia quantitas motus que accidit ex parte mobilis competit ei secundum propriam rationem et in tempore per se. Quantitas autem motus que accipitur ex parte longitudinis accipitur per reiterationem motus in qua ipsum mobile pertransit. Sed mobile totum complevit motum suum ex una parte longitudinis, iterato pertransit aliam. Et ideo quod est per se causa infiniti motus habet virtutem super infinitum motum que est per se. Ut scilicet possit movere mobile infinitum, si contingat. Et ideo necesse est quod sit infinitum. Et quamvis primum mobile sit finitum, tamen habet quandam similitudinem cum infinito, ut iam dictum est. ¶ Ad hoc autem quod aliquid sic causat motum infinitum per reiterationem motus que est per accidens, non oportet quod habeat virtutem infinitam. Sed sufficit si habet virtutem in mobile finitum, quia semper manere eadem virtute potest reiterare eundem effectum. Sicut sol habet virtutem finitam, et tamen potest movere inferiora elementa tempore infinito, si motus est semper intenditur secundum positionem Aristotelis. Non autem est per se causa infiniti motus, sed quia alia ab eo movetur ad movendum in tempore infinito, secundum positionem predictam. ¶ Deinde cum dicit quod autem neque... ostendit quod necesse sit virtutem que est in magnitudine [corrumpi]. Et post partem [magnitudini]

in quo est, et per oppositum quod in magnitudine finita non potest esse potentia infinita quia in-
cedit probatur sic quia non in magnitudine infinita potest esse potentia finita i-
non igitur est in infinito. Quod autem in magnitudine finita non contingit
esse potentia infinita probatur duas supponens propositiones. Una
rerum prima est quod maior potentia equale effectum perficiat in minori tempore
quam minor sicut maior potentia calefactiva ad equale calidum
producit id quod agit minori tempore, et similiter est de potentia dulcorati-
va sive et prohicientis et omnibus motibus. Et ex hac suppositione concludit
i q(uod) cum potentia infinita sit maior quam potentia finita, necesse est quod si
aliqua magnitudo finita habeat potentiam infinitam et quod aliquid agere
sive unum paciens sive plura perficiat in eodem tempore maiorem inmu-
facit tationem quam ab alia habente potentiam finitam, ut equale quod calefactive inmu-
tatione paciens ab eo patiatur in minori tempore. Unde cum propter tolli
tur quod dicitur et pluribus aliis ab aliquo. Secunda suppositio est quod cum omne quod movet mo-
veat in tempore ut in sexto probatum est, non potest esse quod paciens inmutetur
ista ab agente infinite potentie in non tempore in instanti. Ergo in tempore
ex hoc sic proceditur. Sit tempus in quo infinita movet calefaciendo ut
inpellendo A, tempus autem in quo aliqua virtus finita movet sit A B
quod est maius quam A. Quia autem potentia finita potest accipi alia maior, si-
c ergo accipiamus aliam maiorem potentiam finitam que precise quantum movebit
A B in tempore A B. Sic quod hec secunda potentia movebit in tempore minori et
iterum tertia potentia maior ad hoc in minori, et sic semper accipiendo semper
tunc potentiam veniam ad hoc quod aliqua potentia finita movebit in tempore
A, cum ei semper fiat additio ad potentiam finitam excedet omnem
determinatam proportionem. Sit autem additur ad potentiam motivam et habebitur
tempus a tempore motus quia maior potentia in non tempore movet, potentia
concludit, ergo sequitur quod finita perficiat motum in equali tempore cum potentia
infinita quam ponebatur movere in A. Hoc autem est impossibile. Ergo
q nulla magnitudo finita habet potentiam infinitam. Dubitatur autem an conclusio
hac modo probata necessaria sit, quia hec ratio ullo modo concludit quod ei possit
probat aliquis per nullam potentiam extremo. Quamvis sit magnitudo non est ei ex
defectu potentie ut infinita potentia repugnet, quia hoc non sic ab
et autem in tempore potest ergo moveri potentia ei motus in distantia contrarius se
ut supra in quarto habitum est. Ergo si potentia et potentia infinita moveret
non sequitur quod motus sit in non tempore ut aristoteles hic concludit. Item si
consideretur processus philosophi ex hoc concluditur quod motus sit in
non tempore quia potentia motoris est infinita, sed potentia infinita mo-
toris potest esse in non tempore, ergo eadem ratione sequitur quod talis potentia si sit
infinita movebit in non tempore. Non ergo ex hoc quod potentia infinita moveret
in non tempore potest concludi quod nulla virtus infinita est in magnitudine infinita,
sed simpliciter quod nulla virtus movens sit infinita. Item ad magnitudinem
potentie duo pertinent videtur scilicet velocitas motus et diuturnitas
ipsius, et secundum excessum potentie videmus secundum excessum utriusque horum
sed secundum excessum potentie infinite concludit quod motus perpetuus est
ab aliqua potentia infinita, non autem quod aliqua potentia infinita non sit in
magnitudine, ergo similiter et hoc secundum excessum in velocitate non debet concludi
quod nulla virtus infinita sit in magnitudine, sed quod virtus que movet in
tempore infinito propter sui infinitatem moveat et non in non tempore. Item
virtus conclusio contra istam quando ei est maior virtus alicuius corporis
tanto diutius potest conservari in esse. Si ergo nullius corporis potentia est

infinita, nullum corpus posset in infinitum durare quod preter et contra sententia-
tam est opinio ipsius quod secundum fidem christiane que ponit substantiam mun-
di in perpetuum duraturam. Posset etiam moveri quod de dissolutione et ad-
ditione quibus virtus quod non conveniunt virtuti nature. Sed quia secundum superius satis
dictum est pertransita ad presens. Circa huius ergo dubitationibus per ordinem
respondendum est. Ad primum quod philosophus non intendit ad presens hic facere
demonstrationem ostensivam sed deductionem ad impossibile ducere. Inquantum
quia ex aliquo dato ad sequitur quod est impossibile concludit prius datum im-
possibile et non autem est necesse quod prius datum sit cum conclusione et sit pos-
sibile. Sic si daretur quod aliqua potentia esset que posset renovare contra-
secundum se sequeretur quod illa potentia posset facere quod homo non esset animal. Sed quia
hoc est impossibile, impossibile est prius. Non autem ex hoc propter ex contrario concluditur
possibile quod sit aliqua potentia que faciat hominem non esse animal. Ex hoc quod ea
licet infinita potentia sit in magnitudine non potest ex hoc concludi esse possibile
quod potentia infinita moveat in non tempore. Ad secundum autem dubium respondetur
dicendum igitur quod hic loquitur de terminis. Quia vero aristoteles hic procedit de potentia ratione
sue infinitatis, finitum autem et infinitum quantitati conveniunt ut supra in tertio
habitum est. Unde potentia que non est in magnitudine non proprie convenit quod sit fi-
nita ut infinita. Sed hec responsio est contra intentionem aristotelis et contra intentionem
contra intentionem quam aristoteles, quia aristoteles in precedenti determinatione probavit
quod potentia movens tempore infinito sit infinita, et ex hoc infra conclu-
dit quod potentia movens celum non est potentia in magnitudine. Est et contra utrum
quia cum omnis potentia activa sit secundum aliquam formam eo modo convenit magnitudo
potentie et proprietas finitum et infinitum sicut convenit forme. Forme autem
convenit magnitudo per se et per accidens, per se quidem secundum perfectionem speciei, rationis
per accidens autem secundum quod aliqua forma habet extensionem in subiecto. Sic dicitur
magna albedo propter magnitudinem superficiei. Hec autem secundum magnitudinem non
per se competit potentie que non est in magnitudine, sed prima magnitudo maxime ei con-
petit, quia potentie in virtutes quanto sunt magis coniuncte per applica-
tionem ad motum tanto sunt perfectiores et nobiliores. Velocitas autem
motus non consequitur magnitudinem virtutis que est per accidens secundum proten-
sionem ad magnitudinem subiecti, sed magnitudinem eam que est per se secundum propriam perfectionem,
quia quanto ad eius actum est perfectior, tanto est vehementius activum.
Unde non potest dici quod potentia que non est in magnitudine, quia non est infinita infinitate
magnitudinis que est ex magnitudine subiecti, propter hoc non caret augmento velo-
citatis in infinitum, quod est movere in non tempore. Unde et ideo commentator
hanc dubitationem solvit ~~xi methaphysice~~ vero dicit quod corpus celeste
movetur a duplici motore, scilicet a motore coniuncto qui est anima celi
et a motore separato qui non movet non per se non per accidens. Et quia ille
motor separatus est infinite virtutis motus celi acquirit ab
eo perpetuam durationem, quia vero motor coniunctus est finite vir-
tutis ideo motus celi acquirit ab eo velocitatem determinatam. Sed
non ista responsio sufficiens est. Cum enim verbis videatur sequi quod potentia
infinita scilicet que moveat tempore infinito ut precedens determinatio con-
clusit, et quod moveat in non tempore ut nunc concludit hec determinatio.
Tertio restat dubium quia cum anima celi que motor coniuncte mo-
toris separati infiniti magnitudine ab eo confortatur ut possit
